⁹⁵ Il sostantivo maschile κροκίας in Plutarco *De Iside et Osiride* 375e significa color zafferano, riferito al gallo. - Plutarco, *Moralia*, *Iside e Osiride* 61 - 375d-e: Ὁ δὲ Ὅσιρις ἐκ τοῦ ὀσίου <καὶ> ἱεροῦ τοῦνομα μεμιγμένον ἔσχηκε· κοινὸς γὰρ ἐστὶ τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ τῶν ἐν ἄδου λόγος· ὧν τὰ [375e] μὲν ἱερά, τὰ δὲ ὅσα τοῖς παλαίῃ ἔθος ἦν προσαγορεύειν. Ὁ δ' ἀναφαίνων τὰ οὐράνια καὶ τῶν ἄνω φερομένων λόγος Ἄνουβις, ἔστι δὲ ὅτε καὶ Ἑρμάνουβις ὀνομάζεται, τὸ μὲν, ὡς τοῖς ἄνω, τὸ δὲ, ὡς τοῖς κάτω προσήκων. Διὸ καὶ θύουσιν αὐτῷ τὸ μὲν λευκὸν ἀλεκτρυόνα, τὸ δὲ κροκίαν, τὰ μὲν εἰλικρινῆ καὶ φανὰ, τὰ δὲ μικτὰ καὶ ποικίλα νομίζοντες. - Sic ergo Osiris nomen habet ex *hosio* et *hiero* (quod est *sancto* et *sacro*) conflatum: communis enim est ratio eorum quae in coelo et apud inferos sunt, quorum altera hiera, altera hōsia veteres nuncupabant. Jam qui coelestia ostendit Anubis, superiorum quasi ratio (*ano* enim supra est), aliquando etiam Hermanubis usurpatur: altero nomine superioribus, altero inferioribus scilicet conveniente: itaque ei immola{ba}nt alias album, alias flavum gallum: supera sincera et manifesta, infera mixta et varia esse docentes. (Plutarchi *Scripta Moralia tomus primus*, Frederic Dübner, Parisiis, Editore Ambrosio Firmin Didot, 1868) - Osiride ha ricevuto il nome dall'unione di *hōsios* (santo) e *hierós* (sacro): infatti il modo di esprimere le cose che stanno in cielo e agli inferi è equivalente; e gli antichi avevano l'abitudine di chiamare *hierà* (sacre) le prime, *hōsia* (sante) le seconde. Siccome Anubi è colui che svela le cose celesti e la spiegazione razionale delle cose che si muovono verso l'alto, e talvolta è anche chiamato Ermanubi, in quanto il primo nome riguarda ciò che sta in alto, il secondo ciò che sta in basso. Per cui gli immolano anche un gallo bianco nel primo caso, nel secondo caso uno color zafferano, volendo significare nel primo caso le cose pure e pulite, nel secondo caso le cose mescolate e multiformi. (traduzione di Elio Corti - revisione di Roberto Ricciardi) - Aldrovandi ne riparerà a pagina 256.

Κώκαλον⁹⁶ genus [189] quoddam Gallinacei{.}<,> Iidem. Et Κώκαλος, Varino quoque proprium nomen est. Μηδικοί, aves Medicae, Gallinacei{.}<,> Iidem. Aristophanes⁹⁷ μῆδον avem facere videtur. Scholiastes Gallinaceum accipiendum suspicatur. Alibi quidem dubitat, an ulla avis recte μῆδος appelletur. Caelius⁹⁸ a Medis dici asserens, *etiamsi*, inquit, *in latinis literis Medicum de procuratore {pronunciari} <pronuntiar> animadvertimus a verbo μῆδομαι*, idest *curo*. Sed cum Gallinaceus ab eodem comico etiam Persica avis dicatur, Medum quoque, vel Medicam avem pro Gallinaceo accipi ab eo verisimile est.

Ὀλόφωνος Hesychio Gallinaceus est, sic dictus vel a lopho, id est crista, vel ab eo quod inter canendum in sublime se erigat, ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ἄδειν ὄλον αἴρεσθαι καὶ μετεωρίζεσθαι. Ὀρταλὶς Nicandro Gallinam significat. Ὀρνιθα casu recto Graecis hodie vulgo Gallina est. Ὀρθοβόαν⁹⁹ Gallum dicebat Alexarchus Cassandri Macedonum Regis frater, qui Uranopolim aedificavit, quique peculiare dicendi formas invexit, nimirum quod inter canendum se erigat, unde et Ὀλόφωνον, dictum quidam conijciunt, ut diximus nisi quasi ὀρθοβόαν potius a matutino cantu¹⁰⁰, sic appellatum placeat. Ὀρτάλιχος¹⁰¹ vox poetica tum Gallum ipsum, tum pullum Gallinaceum significat, sed pullum frequentius, ut post dicemus¹⁰². Boeotice tamen ipsi Gallinacei etiam sic dicuntur apud Aristophanem¹⁰³, ut referunt Scholiastes, et Varinus. Ὀρθριοκόκυα¹⁰⁴ Sophocles habet pro Gallina, ni fallor¹⁰⁵.

Kokalos è un tipo di pollo, sempre Esichio* e Guarino*. E *kokalos* anche per Guarino è un nome proprio. *Mēdikoí*, uccelli della Media*, sono i galli, gli stessi autori. Sembra che Aristofane* consideri *mēdon* un uccello. Lo scoliaste* sospetta che si debba intendere un gallo. Ma in un altro punto dubita che un qualche uccello venga correttamente chiamato *mēdos* - della Media. Lodovico Ricchieri*, quando afferma che prende il nome dai Medi, dice: *anche se siamo consci che in latino si dice Medico a proposito di chi si prende cura di qualcuno, dal verbo mēdomai, cioè mi prendo cura*. Ma siccome da parte di tale commediografo il gallo viene anche detto uccello persiano, è verosimile che da parte sua anche l'uccello della Media, o uccello *Medico*, venga inteso come gallo.

Olóphonos - tutto voce - per Esichio è il gallo, cosiddetto o da *lóphos**, cioè crista, o dal fatto che mentre canta si drizza verso l'alto, ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ἀδειν ὄλον αἴρεσθαι καὶ μετεωρίζεσθαι - per il fatto che nel cantare si solleva tutto e si inorgoglisce. *Ortalís* - gallina giovane - per Nicandro* significa gallina. Oggi per i Greci *órnitha*, al nominativo, significa comunemente gallina - in greco moderno *kóttá*, o *órnis*. Alessarco*, fratello di Cassandro* re dei Macedoni*, che fondò Uranopoli, e che introdusse speciali modi di dire, chiamava il gallo *orthobóan*, appunto perché mentre canta si drizza, da cui alcuni deducono che è anche chiamato *olóphonos*, come abbiamo detto, a meno che si preferisca pensare che viene invece così chiamato come se fosse un *orthobóan* - *órbros* = alba, per il canto mattiniero. La voce poetica *ortálichos* significa sia il gallo stesso, sia un pollo giovane, ma più frequentemente pulcino, come diremo in seguito. Tuttavia, come riferiscono lo scoliaste e Guarino, in Beozia* i gallinacei stessi vengono così detti in Aristofane. Se non m'inganno,

⁹⁶ Κώκαλος· κώκαλον· πάλαιον· καὶ εἶδος ἀλεκτρούονος, Hesych. This Hesychian gloss is corrupt and obscure; but there may underlie it the Italian *cocal*, *covale*, *cucale*, common words along the Adriatic (Venice, Trentino, Ancona) for a Sea-gull, - κώκαλον· τὸν λάρον (?). - (D'Arcy W. Thompson, *A Glossary of Greek Birds*, 1966 (1895))

⁹⁷ *Gli uccelli* 277: ὄνομα τοῦτῳ Μῆδος ἐστὶ. (D'Arcy W. Thompson, *A Glossary of Greek Birds*, 1966 (1895))

⁹⁸ Aldrovandi trae verosimilmente la notizia dal libro X, capitolo 13 di *Lectiones antiquae* di Lodovico Ricchieri.

⁹⁹ *Orthós* = dritto + *boào* = mando un grido - *orthós* = straight + *boào* = to bawl.

¹⁰⁰ Ateneo *Deipnosophistai* III,54,98e.

¹⁰¹ Diminutivo di *ortalís* = gallina giovane - diminutive of *ortalís* = young hen.

¹⁰² Ateneo *Deipnosophistai* XIV,15,622a.

¹⁰³ Aristophanes *Acharnians* 871; see W. J. M. Starkie's edition (London, 1909), 179-80. (Lind, 1963)

¹⁰⁴ *orthriokókyx* = che canta all'alba - *orthriokókyx* = who crows at dawn.

¹⁰⁵ Le galline non cantano all'alba come fanno i galli, ma solo dopo aver depresso l'uovo, il che avviene in ore progressivamente crescenti del giorno. - Sembra si tratti del fr. 4.421 di Difilo, commediografo greco del sec. IV aC che visse soprattutto ad Atene e che scrisse commedie secondo la nuova tendenza del teatro alessandrino (commedia nuova). Del centinaio di opere sue non abbiamo che frammenti. - Quindi Aldrovandi commette due errori contemporaneamente. Bastava che almeno una volta tanto

Περσικός ὄρνις Persica avis Gallinaceus dicitur propter cristam. Unde Aristophanes¹⁰⁶: *Multos pueros deceperunt amatores, alius Coturnice, alius Persica ave, aliave donata*: Ubi Scholiastes *Pretiosa*, inquit, *omnia quibus solus Persarum rex utebatur, Persica vocabantur*, et hoc in loco avis Persica non certam aliquam avem designat. Sunt tamen, qui Gallinaceum, et qui Pavonem interpretantur. Pist<h>et{h}aerus¹⁰⁷ Gallum avem Persicam dici tradit ab Alectryone olim, ut diximus apud Persas imperante¹⁰⁸. Ubi etiam Scholiastes, *forte*, inquit, *Alectryona vocat Medum avem*. Nam Persas Medos quoque appellabant. Σέρκος Hesychio, et Varino Gallinaceus est, et σέλκες Gallina<e>. Χειλῶνες Gallinacei quidam{.}<,> Iidem. Ψήληκες¹⁰⁹, τῶν ἀλεκτρούων οἱ νοθαγένναι, Suidas, et Hesychius. Ὠιδός ὄρνις, pro Gallinaceo legitur apud Pollucem. Caeterum cum pullus adhuc est, seu recenter natum, hoc Gallinaceum genus, Graecis, uti etiam {latinis} <Latinis>, aliter dicitur. Νεοσσός nimirum illis,

Sofocle* ha *orthriokókyga* per la gallina. Il gallo è detto *persikós órnīs*, uccello persiano, a causa della cresta. Da cui Aristofane: *Gli amanti ingannarono molti fanciulli, uno con una quaglia*, uno con un uccello persiano, o donandone un altro tipo*: lo scoliaste dice a questo proposito: *Si chiamavano persiane tutte le cose preziose delle quali si serviva solo il re dei Persiani*, e in questo passaggio *uccello persiano* non sta a designare un uccello specifico. Tuttavia alcuni lo interpretano come gallo, altri come pavone. Pistetero dice che il gallo è detto uccello persiano da Alettrione che un tempo comandava i Persiani. Anche lo scoliaste a questo proposito dice *forse chiama Alectryona l'uccello della Media*. Infatti chiamavano i Persiani anche Medi. In Esichio e Guarino *sérkos* è il gallo, *sélkes* le galline. *Cheilónes* sono certi polli, gli stessi autori. *Psēlēkes, tón alektryónon boi nothagbénnai* - *Psēlēkes*, gli illegittimi dei galli, il lessico Suida* e Esichio. In Giulio Polluce* si legge *οιδός ὄρνις* - *οιδός* = cantore - per il gallo. Ma questo tipo di gallinaceo quando è ancora un pulcino, oppure nato di recente, viene detto in altro modo dai Greci e dai Latini. E cioè, per quelli è un *neossós*, per questi un

facesse un accurato download da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 402: Ὀρθριοκόκκυξ ἀλεκτρούων, Diphilus apud Eustathium. Gessner sta parlando non di galline, bensì di epiteti del gallo.

¹⁰⁶ *Aves* 707.

¹⁰⁷ Aristofane, *Gli uccelli*. (Aldrovandi) - 483. - *Peisthétairos* = Gabbacompagno - *Peisthétairos* = Companion-swindler.

¹⁰⁸ Già citato a pagina 184: Quidam Alectryon nomine tyrannidem quondam gessit, et Persis primus imperasse dicitur, etiam antequam vel Darius, vel {Megabyzus¹⁰⁸} <Megabazus>: unde etiam Gallus, ut post dicemus, ales Persica appellatur. - Ne riportiamo anche la nota a pie' pagina relativa al qui pro quo Megabizo/Megabazo. La notizia che un certo *Alektryon* fu tiranno dei Persiani prima di tutti, anche di Dario e di Megabazo* - e non di Megabizo* -, viene dalla commedia di Aristofane *Gli uccelli*, 483. È probabile che Aldrovandi abbia dedotto l'errore dal testo di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 404: Alectryon olim tyrannidem gessit, et Persis primus imperavit, etiam ante Darium et Megabyzum: unde etiamnum ab illo imperio Persica avis appellatur, Pisthetaerus apud Aristoph. in Avibus. - A sua volta Gessner potrebbe aver dedotto l'errore da qualche testo come quello di Aldo Manuzio del 1498 che riporta: *πρῶτον πάντων δαρείου καὶ μεγαβύζου*. - In *Aves* 481 sgg. si dice semplicemente che in origine gli uccelli regnavano sugli uomini, e Pistetero mostrerà immediatamente il gallo (*tón alektryóna*), come regnava sui Persiani, prima di tutti i Dari e i Megabazi, cosicché il gallo è chiamato "uccello persiano".

¹⁰⁹ *Psēlēkes*, plural of *psēlēx*, possibly akin to *sélkes*; but on the other hand it may stand for *psilēkes*, i.e. *bald*, and may refer to some combless or small-combed breed of Fowls. (D'Arcy W. Thompson, *A Glossary of Greek Birds*, 1966 (1895))

¹¹⁰ Nicander *Alexipharmaca* 294: "the free-feeding fowl, when brooding her warlike chicks," translated by A. S. F. Gow and A. F. Scholfield (Cambridge University Press, 1953), traduzione citata da Lind (1963) relativa al testo di Nicandro *τοῖα τε βοσκὰς | ὀρταλῖς αἰχμητῆσιν ὑπευνηθεῖσα νεοσσοῖς*. presente nell'edizione di Jean de Gorris del 1557. - Tale traduzione di Gow & Scholfield non rispecchia assolutamente quella latina di Jean de Gorris (1505-1577): [...] *mox sordes similis profunditur ovis*, | *qualia concepit coitu gallina frequentis*, [...]. (Parigi, 1557) - Aldrovandi basandosi su qualche lessico - come avrà fatto anche Jean de Gorris - non identifica i *neossoi* coi pulcini, ma con i galli, che sono aggressivi e focosi e che sottomettono le galline. Infatti il *Thesaurus Graecae linguae* (1572) di Henri Estienne - alias Stephanus - alla voce *neottòs* riporta che "per iocum foemina etiam aliqua aut masculus *neossòs* dicitur, quuum tenerae seu virentis adhuc aetatis est". Per cui questi *neossoi* sono dei giovani galli libidinosi, aggressivi, che saltano ripetutamente addosso alle galline facendo aumentare la produzione di uova, e non si tratta di pulcini aggressivi che stanno sotto a una chiocciola. - La traduzione di Gow & Scholfield viene inficiata anche da Gessner a pagina 402 quando tratta degli epiteti dei galli, ed è molto verosimile che Aldrovandi si sia ispirato a Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 402: Ὀρταλῖς αἰχμητῆσιν ὑπευνηθεῖσα νεοσσοῖς, Nicander. dixit autem neossos, id est pullos, pro gallinaceis adultis.

¹¹¹ Liber 9. (Aldrovandi) - IX,15,373a-16,373e.

¹¹² *Historia animalium* VI 559b 23.

¹¹³ Etymologist: *Etymologicum Magnum*, ed. by T. Gaisford (Oxford, 1848). (Lind, 1963)

¹¹⁴ Il verbo *ortalízein* è attestato solo nello scoliaste di Aristofane, che in *Equites* 1344 usa il composto *anortalízeo* 'battere le ali e gridare in segno di vittoria, inorgoglirsi'.

¹¹⁵ In *Equitibus*. (Aldrovandi) - 1344 (*anortalíxon*).

¹¹⁶ Teocrito, XIII,12.

his pullus: at Nicander ea voce pro Gallinaceo adulto usus est hoc versu¹¹⁰. Ὀρταλὶς αἰχμητῆσιν ὑπευνηθεῖσα νεοσσοῖς. Νέβρακες Hesych. et Varinus pullos Gallinaceos appellant. Ab Athenaeo¹¹¹ νεοσσοί ὄρνιθες, et ἵπποι dicuntur, id est, quasi <e>quuli. Credo, inquit Hermolaus, quia pulli proprie sunt equorum. Νεοττίδες ἀλεκτορίδων καὶ χηνῶν Aristoteli¹¹² dicuntur faemellae iuvencae e Gallinaceo genere, vel Anserino, quae nuper scilicet parere coeperunt: possunt et sic dici antequam pepererint. Ὀρταλίχους Etymologus¹¹³, et Varinus pullos vocant, qui nondum volare possunt. Hinc ὀρταλίξειν¹¹⁴, verbum de avibus volare incipientibus, vel de iis, qui pueros in sublime efferunt, citato motu, et improprie deinde de aliis motibus: Aristophani¹¹⁵ vero superbire, et efferri significat, haud dubio propter naturam Galli, qui, ut diximus, etiam ὀρτάλιχος dicitur¹¹⁶.

Quemadmodum vero ὄρνις apud Graecos, ut dictum est, eodem pariter modo apud {latinos} <Latinos> avis aliquando pro Gallo, Gallinave absolute ponitur. Ita Rhodias aves pro Rhodiis Gallinis Columella¹¹⁷ dixit, et Graece Ταναγραῖους ὄρνιθας, genere masculino pro Gallinaceis Tanagraeis legimus. Apud probatissimos authores latinos Gallus dicitur, et cum adiectione Gallinaceus, et simpliciter quoque Gallinaceus. Unde Albertum, aliosque latini sermonis imperitiores hallucinari constat, cum Gallum Gallinaceum, Capum, hoc est Gallum castratum interpretentur. In quem errorem ipsemet Isidorus¹¹⁸ etiam impegit, Gallum simpliciter Capum appellans, eo, ut videtur, argumento nixus, quod veteres Gallos castratos vocarent: cum tamen contra veteres classici quique Gallos mares in hoc avium genere nuncupent. Haud me latet interim Martialem alibi aperte scribere, Gallum a castratione dici, sed is eo loco iocatur, non serio agit. Ait autem{.}<:>¹¹⁹

*Ne nimis exhausto macresceret inguine Gallus,
Amisit testes, nunc mihi Gallus erit.*

pullus: ma Nicandro* per indicare un pollo adulto si è servito di quella parola nel seguente verso: *Ortalís aichmētēsín hypēunēthēsa neossoís* - la gallina che sta sotto ai galli aggressivi. Esichio e Guarino chiamano *nēbrakes* i pulcini di gallinaceo. Da Ateneo* vengono detti *neossoí órnithes* - giovani uccelli, e *híppoi*, cioè, come se fossero dei puledri. Ermolao Barbaro* dice *Credo perché i pulli* - gli animali giovani - appartengono propriamente ai cavalli. Neottídes alektorídon kaì chēnōn* - le pollastrelle delle galline e delle oche - secondo Aristotele* vengono dette le giovani femmine del genere dei gallinacci, oppure delle oche, che cioè hanno appena cominciato a deporre: possono essere dette anche così prima che abbiano deposto. L'*Etymologicicon magnum** e Guarino chiamano *ortalíchous* i polli che non possono ancora volare. Da cui il verbo *ortalízēin* a proposito degli uccelli che cominciano a volare, oppure di quelli che con rapido movimento portano i piccoli in alto, e quindi in modo improprio a proposito di altre attività: per Aristofane infatti significa insuperbirsi e inorgogliersi, senza dubbio a causa della natura del gallo che, come abbiamo detto, è anche chiamato *ortálichos* - gallo, in Teocrito*.

Ma, come si è detto, come presso i Greci *órnis*, allo stesso modo presso i Latini talora si utilizza indistintamente *avis* - uccello - per il gallo o per la gallina. Così Columella* disse uccelli di Rodi* invece di galline di Rodi, e in greco leggiamo *Tanagraíous órnithas* al maschile per polli di Tanagra*. Da parte di stimatissimi autori latini si dice gallo sia con l'aggiunta di *Gallinaceus*, sia anche solamente *Gallinaceus*. Per cui risulta evidente che Alberto Magno* e altri più inesperti di lingua latina prendono un abbaglio, dal momento che interpretano il *Gallus Gallinaceus* come cappone, cioè un gallo castrato. Un errore nel quale lo stesso Isidoro* è incappato, chiamando il gallo semplicemente cappone, basandosi, come sembra, su quell'argomentazione secondo cui gli antichi chiamavano castrati i galli: benché qualunque antico scrittore di prim'ordine designi invece i galli come maschi in seno a questo genere di uccelli. Nel frattempo non mi sfugge che Marziale* da qualche parte scrive apertamente che un Gallo viene così chiamato dalla castrazione, ma lui in quel passo sta scherzando, non fa sul serio. Infatti dice:

*Il gallo, allo scopo di non dimagrire troppo per aver prosciugato
il basso ventre,
rinunciò ai testicoli, ora per me sarà un Gallo - un sacerdote di*

¹¹⁷ *De re rustica* VIII,11,11: Neque est quod committatur ut Rhodiace aves pavoninis incubent, quae ne suos quidem fetus commode nutriunt.

¹¹⁸ *Etymologiae* XII,7: Gallus a castratione vocatus; inter ceteras enim aves huic solo testiculi adimuntur. Veteres enim abscois gallos vocabant. Sicut autem a leone laena et a dracone dracaena, ita a gallo gallina. Cuius membra, ut ferunt quidam, si auro liquescenti misceantur, consumi.

¹¹⁹ *Epigrammata* 13, 63 CAPONES: Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus, | amisit testes. Nunc mihi gallus erit.

Gallinae, inquit M. Varro¹²⁰, *trium sunt Generum, Villaticae, rusticae, et Africanae. E quibus tribus generibus proprio nomine vocantur faeminae, quae sunt villaticae gallinae, mares Galli, Capi {seminares} <semimares>, {quod sint castrati} <qui sunt castrati>.* Hinc Gyb. Longolius¹²¹ totum hoc avium genus, quod de Gallinario devolat, Gallinaceos vocari scribens, id quoque nullo probato autore fretus fecisse videri potest: Cum Gallinarum saepius quam Gallinaceorum nomen universaliter pro toto genere ab authoribus usurpetur, quam nimirum pluries ut videmus in hoc genere, quam mares propter utilitatem, alantur Faeminae enim ut post suo loco patebit, maximam propter partum praebent utilitatem, et unus mas multis sufficit. Gallinaceus a Gallina fieri videtur, et vel simpliciter pro Gallo ponitur, vel tanquam epitheton ei adiungitur, differentiae fortassis gratia, ut nimirum amphibologia evitetur.

Marco Varrone* dice *Le galline sono di tre tipi, da cortile, selvatiche e africane. Di questi tre tipi si chiamano con nome appropriato femmine quelle che sono galline da cortile; maschi i galli, capponi i semimaschi, che sono castrati.* Per cui Gisbert Longolius* dal momento che scrive che tutto questo genere di uccelli viene detto gallinacei in quanto vola giù dal pollaio, si può anche pensare che l'abbia fatto senza basarsi su qualche autore degno di stima: infatti comunemente viene usato dagli autori il nome di *gallinae* più spesso di quello di *gallinacei* per designare tutto il genere, come appunto notiamo che molto spesso in seno a questo genere vengono allevate per utilità le femmine anziché i maschi, e infatti, come a suo tempo risulterà evidente, procurano una grandissima utilità a causa della prole, e un solo maschio è sufficiente per molte femmine. Si suppone che *gallinaceus* deriva da *gallina*, e viene utilizzato da solo per il gallo, oppure glielo si aggiunge come un aggettivo, forse a causa della differenza, affinché appunto si eviti un doppio senso.

Pagina 190

Nam et Galli, ut diximus [190] populi sunt, et Cybeles sacerdotes sic vocabantur, et aliis quibusdam idem nomen convenit. Varro¹²² plerasque volucrum a vocibus suis dictas tradit, atque inter eas Gallinam, et Anserem in primis nominat. Ego Gallinam eiusmodi vocem edere numquam audivi, nec apud alium legi: quod si vero consimilem vocem ederet hoc avium genus, cur non et ita Graecis dicitur? Quare satis non laudare nequeo Iosephum Scaligerum¹²³, qui dictionem Gallus παρά τὸ κάλλος derivat. {Κάλλος} <Κάλλαιον> autem palea est, quae hisce avibus quasi solis convenit. Ornithologus¹²⁴

Infatti, come abbiamo detto, i Galli* sono anche delle popolazioni, e così si chiamavano i sacerdoti di Cibeles*, e ad alcuni altri si addice lo stesso nome. Varrone* riferisce che la maggior parte degli uccelli prende il nome dalla propria voce, e tra essi cita innanzitutto la gallina e l'oca. Io non ho mai udito la gallina emettere una voce siffatta, né l'ho letto presso qualcun altro: se davvero questo tipo di uccelli emettesse una simile voce, perché anche dai Greci non viene detta così? Per tale motivo non posso non lodare a sufficienza Giuseppe Scaligero* che fa derivare il vocabolo *gallus* da *parà τὸ κάλλος** - dalla bellezza. Infatti *kállaiion* {è il bargiglio} <è la cresta>.

¹²⁰ Aldrovandi amputa la sequenza del testo di Varrone, tratto dal *Rerum rusticarum* III,9,1-3: Igitur sunt gallinae quae vocantur generum trium: villaticae et rusticae et Africanae. [2] Gallinae villaticae sunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ornithoboscion instituere vult, id est adhibita scientia ac cura ut capiant magnos fructus, ut factitaverunt Deliaci, haec quinque maxime animadvertant oportet; de emptione, cuius modi et quam multas parent; de fetura, quem ad modum admittant et pariant; de ovis, quem ad modum incubent et excudant; de pullis, quem ad modum et a quibus educantur; hisce appendix adicitur pars quinta, quem ad modum saginentur. [3] Ex quis tribus generibus proprio nomine vocantur feminae quae sunt villaticae gallinae, mares galli, capi semimares, qui sunt castrati.

¹²¹ *Dialogus de avibus et earum nominibus Graecis, Latinis, et Germanicis* (1544).

¹²² Forse in *De lingua latina* VIII,103: Multa ab animalium vocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura; meglio in V,75: de his [scilicet volucris] pleraeque ab suis vocibus ut haec: upupa, cuculus, corvus, hirundo, ulula, bubo; item haec: pavo, anser, gallina, columba.

¹²³ In *Verborum etymologia*. (Aldrovandi)

¹²⁴ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: Et primum DE GALLIS sive Gallinis quae a regionibus et locis denominantur, nec aliter a villaticis communibus differunt quam magnitudine, aut etiam pugnacitate. - Anche Pierre Belon* è dello stesso parere di Conrad Gessner. Ecco il testo di Pierre Belon *Histoire de la nature des oyseaux* (1555) - Des Poulles de diverses sortes. Chap. VIII. Pagina 246 - Nous en cognoissons seulement de deux sortes, comme aussi faisoit Aristote, lesquelles au premier chapitre du sixiesme livre des animaux, il distingue, appellant les unes genereuses ou fecondes, les autres non nobles, & infecondes. De celles que nous avons, l'une est de petite stature, commune en tous lieux: l'autre est de grande corpulence, qui n'est si commune que la precedente. Aristote au premier chapitre du sixiesme livre des animaux, & Pline au cinquante-troisiesme chapitre du dixiesme livre de l'histoire naturelle, entendent que les communes petites Poulles estoient nommees Hadrianes: car ils dient en ceste sorte.

Pumiliones simpliciter Gallinas alibi interpretatur: mihi contra illae diversum, ac peculiare genus esse videntur, ut post dicam, simpliciter vero Gallinas existimo quas Varro villaticas, Plinius villares, et a tiles, Columella cohortales aves appellat.¹²⁵

Gallus periphrastice variis modis a Poëtis vocatur, ut ales excubitor {Virgilio} <Vergilio>¹²⁶.

Excubitorque diem cantu {patefecerat} <praedixerat> ales,

Avis lucis Martiali.¹²⁷

Cristataeque sonant undique lucis aves.

Ales cristati oris Ovidio.¹²⁸

Non vigil ales ibi cristati cantibus oris, etc.

Eodem modo de Gallinis periphrastice loquuntur, unde Ovidio, et Martiali Cortis, sive cohortis aves dicuntur: Ovidius,¹²⁹

Abstulerat multas {ille} <illa> cohortis aves. Martialis¹³⁰

Si {Lybiae} <Libycae> volucres nobis, et Phasides essent,

Acciperes, at nunc accipe cortis aves.

Comici, teste Hermolao Gallinas quandoque Mylacridas vocant: quanquam Aristophanes¹³¹ ita appellet bestiolam, quae inter molas nascitur. Pullus generale nomen est omnium alitum, et quadruped<i>um etiam quorundam foetus, pulli dicuntur, ut equi, et asini, sed praecipue avium, et inter eas Gallinarum maxime per excellentiam. Invenimus vero pullos pro Gallinaceis absolute poni apud Vegetium¹³², aliosque. Plinius¹³³ etiam arborum atque plantarum pullos dixit, unde verba, pullulare, pullescere, pullulascere, et pullatio pro foetura pullorum apud Columellam¹³⁴. Quidam etiam ex recentioribus faeminino genere pullas efferunt. Pullaster, vel

che in un certo qual modo è di pertinenza di questi soli uccelli. In un passo l'Ornitologo interpreta le nane semplicemente come galline: al contrario a me pare che esse siano una razza diversa e specifica, come poi dirò, e sinceramente ritengo siano semplicemente galline quelle che Varrone chiama da cortile, Plinio* di fattoria e da ingrassare, Columella* uccelli da cortile.

Il gallo viene chiamato in vari modi dai poeti ricorrendo a perifrasi, come uccello sentinella da Virgilio*:

E la sentinella alata con il canto aveva preannunciato il giorno.

Uccello della luce da Marziale*:

E ovunque risuonano gli uccelli della luce forniti di cresta.

Uccello dalla testa munita di cresta da Ovidio*:

Non qui il vigil uccello dalla testa munita di cresta coi canti, etc.

Allo stesso modo parlano con perifrasi riguardo alle galline, per cui da Ovidio e da Marziale vengono detti uccelli del cortile, o del recinto. Ovidio:

Essa - la volpe - aveva portato via molti uccelli da recinto.

Marziale:

Se avessimo uccelli della Libia, e del Fasi*,*

Li riceveresti, ma adesso accetta gli uccelli da cortile.

Testimone Ermolao Barbaro* talora i comici chiamano le galline *mylakeridas**: sebbene Aristofane* chiami così un insetto che nasce tra le macine. *Pullus** - pulcino - è un nome abituale a tutti gli uccelli, e anche i figli di alcuni quadrupedi vengono detti *pulli*, come del cavallo e dell'asino, ma soprattutto degli uccelli, e in seno ad essi per eccellenza soprattutto delle galline. In verità in Vegezio* e in altri troviamo che polli viene impiegato esclusivamente per i gallinacci. Plinio chiamò *pulli* anche quelli degli alberi e delle piante, da cui i verbi *pullulare*, *pullescere*, *pullulascere* - germogliare, e in Columella *pullatio* - cova - per l'incubazione dei pulcini. Alcuni tra i più recenti li rendono al femminile con *pullae*. *Pullaster* o *pullastra*

Les Poules Hadrianes sont de petite corpulence, & qui ponnent par chacun iour, & sont de diverses couleurs. Varro a nommé telles Poules, Villatiques, c'est à dire, nourries en village: lesquelles Columelle appelle autrement Cohortales. Voila de nostre petite Poulle commune.

¹²⁵ Varrone *Rerum rusticarum* III,9.3; Plinio *Naturalis historia* X,116; Columella *De re rustica* VIII,2,1.

¹²⁶ *Moretum* 1-2: Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas | excubitorque diem cantu praedixerat ales,[...]. - È assai verosimile che Aldrovandi abbia fatto un download da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 405: Excubitorque diem cantu patefecerat ales, Vergilius.

¹²⁷ *Epigrammata* XIV,223,2.

¹²⁸ *Metamorphoses* XI,957.

¹²⁹ *Fasti* IV,703-704: Is capit extremi volpem convalle salicti: | abstulerat multas illa cohortis aves.

¹³⁰ *Epigrammata* XIII,45: Si Libycae nobis volucres et Phasides essent, | acciperes, at nunc accipe chortis aves.

¹³¹ Aristophanes *Fragment* 583 (ed. by F. W. Hall and W. M. Geldart, Oxford University Press, 1907). (Lind, 1963)

¹³² *Artis veterinariae, sive mulomedicinae libri quatuor*.

¹³³ *Naturalis historia* XXVII,131: Circa Ariminum nota est herba quam reseda vocant. Discutit collectiones inflammationesque omnes. Qui curant ea, addunt haec verba: Reseda, morbos reseda; scisne, scisne, quis hic pullus egerit radices? Nec caput nec pedes habeat. haec ter dicunt totienses despuunt.

¹³⁴ *De re rustica* VIII,5,9.

pullastra significat Gallum, vel Gallinam adolescentes. Ita et a M. Varrone¹³⁵ Pullastrae dicuntur Gallinae iuvencae, dum ait: {*Ea qua subijcias potius e vetulis, quam e Pullastris*} <et ea quae subijcias, potius vetulis quam pullitris,>. Quare Grapaldum satis mirari nequeo, qui Pullastrum, et Pullastram neoterice (ut eius dictione utar) vocari scribit. Hermolaus vero, Sipontinus, et Platina, pullastrae vocabulo pro parva Gallina utuntur. Augustus, ut Tranquillus¹³⁶ memorat, {Pulleiacium} <Pulleiaceum>¹³⁷ pro Pullo dicere solebat. Lampridius¹³⁸ Pullicenos appellat parvos pullos, quasi pullicenus diminutivum sit a pullo. Eius verba sunt. *Servos habuit vectigales, qui eos ex ovis, et pullicenis et Pipionibus alerent.* Sed forte potius legas pullicinis. Haec enim vox ad Itolorum pulcino, vel pullicino propius accedit, quos eam a veteribus Romanis retinuisse probabile est. Gallum Itali Gallo dicunt, Gallinam, Gallina: Galli, Gallum un coq Gau,

significa gallo o gallina giovani. Così anche da Marco Varrone vengono dette *pullastrae* le giovani galline, quando dice: *e quelle uova che metti sotto, è preferibile a quelle vecchiotte che alle pollastre.* Per cui non posso ammirare a sufficienza Francesco Mario Grapaldi* il quale scrive che *neoterice* - in linguaggio moderno - (per usare la sua espressione) sono detti *pullaster* e *pullastra*. In verità Ermolao Barbaro, Nicolò Perotto* e Platina* si servono del vocabolo *pullastra* per una gallina piccola. Come ci ricorda Svetonio Tranquillo*, Augusto* era solito dire *pulleiacius* invece di *pullus*. Lampridio* chiama i piccoli pulcini *pulliceni*, come se *pullicenus* fosse un diminutivo derivato da *pullus*. Le sue parole sono: *Ebbe dei servi presi a nolo, in modo che li nutrissero con uova, con pulliceni e piccioni.* Ma forse dovresti invece leggere *pullicini*. Infatti questo vocabolo assomiglia di più a *pulcino* o *pulicino* degli Italiani, i quali è probabile lo abbiano conservato dagli antichi Romani. Gli Italiani chiamano il *gallus* gallo, la *gallina* gallina: i Francesi il *gallus* lo dicono *un coq, Gau,*

¹³⁵ Varro, 3. 9. 9. (Lind, 1963) Però Lind non fa notare che il testo di Varrone non contiene la parola *pullastris*, bensì *pullitris*. Ecco cosa dice la versione in mio possesso del *Rerum rusticarum* III,9,9: *Itaque quae ante aut post nata sunt et etiam prima eo tempore, non supponenda; et ea quae subijcias, potius vetulis quam pullitris, et quae rostra aut unguis non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse quam incubando. Adpositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae.* - Alcuni codici hanno *pullitris*.

¹³⁶ Caius Suetonius Tranquillus *Vita Divi Augusti*, 87: *Cotidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter usurpasse eum, litterae ipsius autographae ostentant, in quibus identidem, cum aliquos numquam soluturos significare vult, "ad Kal. Graecas soluturos" ait; et cum hortatur ferenda esse praesentia, qualiacumque sint: "contenti simus hoc Catone"; et ad exprimentam festinatae rei velocitatem: "celerius quam asparagi cocuntur"; ponit assidue et pro stulto "baceolum" et pro pullo "pulleiaceum" et pro cerrito "vacerrosus" et "vapide" se habere pro male et "betizare" pro languere, quod vulgo "lachanizare" dicitur; item "simus" pro sumus et "domos" genetivo casu singulari pro domus.*

¹³⁷ La frase e l'errore sono quasi certamente dedotti da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 458: *Pro pullo pulleiacium Augustus dicere solebat, ut ait Tranquillus.*

¹³⁸ Aelius Lampridius: *Scriptores Historiae Augustae**, *Life of Severus Alexander*, 41. 7. (Lind, 1963)

¹³⁹ Questa volta il download da Gessner è mal riuscito, in quanto è inficiato da un errore di copiatura: *Genillette* invece di *Genillete*, come viene a sua volta erroneamente riferito da Conrad Gessner in *Historia animalium* III (1555) pag. 415: *Sabaudis similiter, vel genillete.* Anglice *hen*, Germanice *Heñ, Hün.* - Il gessneriano *genillete* invece di *geline* - che in francese significa gallinella - è chiaramente un errore. Ce lo conferma il *Thresor de la langue françoise* di Jean Nicot (1606) da cui riportiamo alcuni vocaboli connessi con *geline*, la gallina. *GELINE: Geline, f. ou pouille, Gallina. Les gelines crient, Pipant gallinae. Gelines d'Afrique, Meleagrides. Ce temps que les gelines pondent, Ovatio. Qui nourrit gelines, Gallinarium. Plin. Le lieu où on nourrit les gelines et autres oiseaux, Ornithoboscium. La geline pond par le bec, id est, par estre bien nourrie.* - *GELINETTE: Gelinette, f. Gallinula, Pullastra, C'est le diminutif de geline.* - *GELINIER: Gelinier, m. Gallinarium, Gallinarum officina. Le lieu où les gelines se retirent pour jucher. L'eschelle du gelinier, Scala gallinaria. Celsus.* - Se non bastasse, ecco un proverbio tedesco tradotto in francese: *Was von Hennen kommt, scharrt auch. Qui est extrait de gelinette il ne peut qui ne gratte.* - *Le Thresor de la langue françoise* (1606) de Jean Nicot est le point de départ de la lexicographie française. Somme des quatre éditions du *Dictionnaire françoislatin* de Robert Estienne, oeuvre qui marque le passage du dictionnaire latin au français comme langue source, il revêt, par les contributions de Nicot, le caractère d'un dictionnaire français monolingue. Ce faisant, il ouvre la voie aux dictionnaires de Richelet, de Furetière, de l'Académie française et de lexicographes postérieurs tels que Littré. Il n'est pas exagéré de dire que l'article de dictionnaire, du moins en ce qui concerne la lexicographie française, a été élaboré par Nicot. À peu près tout type d'information ainsi que tout procédé de description utilisés depuis dans un dictionnaire français se trouvent déjà dans les pages du *Thresor*. - Gessner non cade in questo errore quando a pagina 223* parla del francolino*: *Avis cuius effigiem supra posuimus, Italis vocatur pernis alpedica, vel perdice alpestre, id est perdix alpina, in locis scilicet qui non procul alpibus distant, ut circa lacum Verbanum, ab aliis fasanella, ut Bellinzonae: aliis francolino. Gallis, gelinette, vel gelinette sauvage, id est gallina sylvestris, in Burgundia et Lothoringia: [...].*

¹⁴⁰ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: *Gallice un cocq, gau, geau, gal, cog. Hispanice gallo. Germanice, Hahn/Hausshahn/Gul/Güggel. Nam vocabulum Hün atsi pro gallina fere usurpatur, tamen communius est ad omne gallinaceum genus. Anglice cok. Illyrice kokot.*

¹⁴¹ Prosper Alpinus (Alpini), *De Medicina Aegyptiorum libri quatuor* (Venice, 1591; Paris, 1645; Leyden, 1745), Book III, Chapter 16, p. 233. (Lind, 1963)

¹⁴² Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 458: *Pullus Italice dicitur pollo, pollastro, pulcin<o>. sed hic proprie tener adhuc et implumis, pullastro maiusculus et iam mensis aptus. Gallice poulsin, poussin, pol, pollet, cochet, et pollaille de pullastra adultiore. Germanice Huenle, Hünckel. Anglice chucky.*

Gaeu, Gal, Cog, quarum vocum prima, et ultima a Graeco κόττος derivatae videri possunt. Gallinam vero Geline, vel Poule, {Sebaudi} <Sabaudi> eisdem vocibus utuntur, sed Gallinam etiam {Genilette} <Gelinette>¹³⁹ vocant. Hispanis etiam Gallus Gallo appellatur, et Gallina, Gallina. Hun dictio Germanica¹⁴⁰ tam Gallo, quam Gallinae quadrat, Gallum vero Han, Hansshan, Gul, et Guggel, et Gallinam Hen. Angli Gallum Cok, Gallinam Hen. Aegyptii Gallinas pingues appellant Maluph, ut scribit Prosper Alpinus¹⁴¹ praestantissimus medicus, et in celeberrimo Patavino gymnasio simplicium medicamentorum professor. Pullus Italis Pollo vocatur, Pollastro, et Pulcino, sed hic tener adhuc, et implumis, Pollastro maiusculus, et iam mensis aptus. Gallis poulsin, pol, pollet, Cochet, et pollaille, de pullastra adultiore. Germanis¹⁴² Huonle, Hunckel: Anglis chijk, Flandris kijcken, Hollandis Kujcken.

Cum vero pleraque, quae de ovis scribuntur passim ab authoribus, de Gallinarum intelligentur, non ab re, quin operae pretium, ac omnino necessarium iudico, non tantum hic eorum synonyma, verumetiam quomodo singulae partes appellentur, recensere. Ova itaque Hebraice bezah dici inuenio. In lexico trilingui ביא et ביא beza, et beia scribitur. Arabes beid, vel baid vocant, ut apud Avicennam videre est. Apud Serapionem naid legitur, quod non probo, Sylvaticus baadh scribit pro Arabica voce, et alibi barch, et elbair, nescio cuius linguae vocabula ova interpretatur, sed forte etiam Arabica fuerint, et corrupta. Latini ovum a Graecorum ὄον derivasse videntur, interposita litera v euphoniae gratia. Graeci¹⁴³ vero ὄον, teste Etymologo, dixerunt, quasi οἶον, hoc est solitarium, quia singula pariantur, Poëtarum aliqui¹⁴⁴ ovum ὄιον vocant, vel ὄιον, si recte scribitur, Eustathius¹⁴⁵ hoc omittit, ὄεον et ὄιον tantum habet. Apud Athenaeum¹⁴⁶ etiam ὄεον legitur. Alii ὄαρion, dicunt forma diminutiva.

Gaeu, Gal, Cog, e il primo e l'ultimo di questi vocaboli possono sembrare derivati dal greco κόττος - gallo secondo Esichio*. Invece la gallina la chiamano geline, o poule, gli abitanti della Savoia si servono delle stesse parole, ma chiamano la gallina anche gelinette. Anche dagli Spagnoli il gallo è detto gallo, e la gallina gallina. La parola tedesca Hün corrisponde tanto al gallo che alla gallina, però il gallo lo chiamano Hahn, Hausshahn, Gul e Guggel, e la gallina Huhn. Gli Inglesi chiamano il gallo cock, la gallina hen. Gli Egiziani chiamano maluph le galline grasse, come scrive Prospero Alpino*, eccellentissimo medico e professore di medicamenti semplici nel celeberrimo ginnasio di Padova. Il pullus dagli Italiani è chiamato pollo, pollastro e pulcino, ma questo quando è ancora in tenera età e implume, pollastro quando è un po' più grande e già adatto alle mense. Dai Francesi viene detto pulsin, pol, pollet, cochet, e polaille per una pullastra più adulta. Dai Tedeschi viene detto Huenle, Hünckel: dagli Inglesi chijk, dai Fiamminghi kijcken, dagli Olandesi kujcken.

Dal momento che senza dubbio la maggior parte di ciò che qua e là viene scritto dagli autori a proposito delle uova si riferisce a quelle delle galline, non ritengo inutile, anzi ne vale la pena ed è assolutamente necessario, esaminare qui non solo i loro sinonimi, ma anche come vengono chiamate le singole parti. Così trovo che in ebraico le uova sono dette bezah. Nel lessico trilingue sta scritto beza e beia. Gli Arabi le chiamano beid o baid, come è possibile vedere in Avicenna*. In Serapione* si legge naid, cosa che non approvo, Matteo Silvatico* scrive baadh per il termine arabo, e altrove barch, e elbair, non so di quale lingua traduce le parole uova, ma forse saranno anche state arabe, e alterate. Sembra che i Latini abbiano derivato ovum da ὄον dei Greci, con l'interposizione di una lettera v per motivi di eufonia. Testimone l'Etimologico*, in realtà i Greci dissero οἶον, quasi οἶον, cioè solitario, in quanto vengono deposte uno alla volta, alcuni poeti chiamano l'uovo οἶον, oppure οἶον, se è scritto in modo corretto, Eustazio* lo omette, e ha solamente οεον e οἶον. In Ateneo* si legge anche οεον. Altri al diminutivo dicono οαρion.

¹⁴³ A causa degli eccessivi errori di greco nel testo di Aldrovandi, ci affidiamo a Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 451: Ovum Latini a Graeco ὄον dixerunt, interposita v. litera euphoniae causa. Graeci vero ὄον quasi οἶον, hoc est solitarium. singula enim pariuntur, Etymologus. Hodie vulgo αυγό nominant. Itali ovo, Galli oeuf. Germani ey. Angli an egge. Ovum ex poetis aliqui ὄιον vocant, vel ὄιον, (si recte scribitur, Eustatius hoc omittit ὄεον et ὄιον tantum ponit, etc. Alexis ἡμίτομα ὄων dixit. Ὀῖου πολύ λευκότερον, Sappho. alii ὄεον, Athenaeus. Alii ὄαρion diminutiva forma. Idem et Eustathius. Κτίλα τῶεα βρύχων, Nicander. id est mansuetarum ovium ova comedens.

¹⁴⁴ Saffo* in Ateneo *Deipnosophistai* II,50,57d.

¹⁴⁵ p. 1686,47 *ad Odysseam* XI 302.

¹⁴⁶ II,50,58a.

Hodie vulgo [191] αὐγό nominant¹⁴⁷. Itali ovo, et uovo, Galli oeuf, Germani ey, Angli an egge. Partium ovi quae primum oculis sese offert, aliqui putamen vocant, Serenus testam, Plinius¹⁴⁸ calicem quandoque. Graecis¹⁴⁹ κέλιφος dicitur, quod Suidas interpretatur τὸ λέπυρον τοῦ ᾠοῦ: item λέπος, ut Anatolio¹⁵⁰, et λέμμα Aristophani¹⁵¹, Lycophroni¹⁵² celyphanon, quanquam eo nomine quilibet cortex censerī valeat. Hippocrati¹⁵³ λεπύρια, Aristoteli¹⁵⁴ ὄστρακον. A qua postrema dictione Nicandri¹⁵⁵ Scholiastes ἀνόστρακα ova nominat, quae sine putamine redduntur. Et ostracoderma dicuntur quae testaceo putamine obducuntur<,> testea{,} ova Macrobio¹⁵⁶ dicta: malacoderma vero quae molli cute teguntur. Λέκιθος ab Artemidoro¹⁵⁷ etiam pro putamine accipi videtur, nisi forte, lectio corrupta sit: alii ea voce vitellum significari volunt. Annara, et Amiantus¹⁵⁸ apud Sylvaticum pro ovorum testa accipiuntur.

Quod autem rupto iam ovo apparet, id Aristoteles τὸ λευκόν τοῦ ᾠοῦ, Cornelius Celsus¹⁵⁹ ovi album, ovi candidum Plinius¹⁶⁰, et

Oggi comunemente lo chiamano *avgó*. Gli Italiani ovo e uovo, i Francesi *oeuf*, i Tedeschi *ey*, gli Inglesi *an egge*. Delle parti dell'uovo quella che per prima si offre alla vista alcuni la chiamano *putamen* - guscio, Sereno* *testa*, Plinio* talora *calix*. Dai Greci viene detto *κέλυφος*, che il lessico Suida* interpreta τὸ λέπυρον τοῦ ᾠοῦ - il guscio dell'uovo: in modo simile *λέπος* come per Anatolio*, e *λέμμα* per Aristofane*, *κελύφανον* per Licofrone*, anche se con tale parola potrebbe essere annoverato qualunque tipo di rivestimento. Per Ippocrate* è *λεπύρια* - i gusci, per Aristotele* *ὄστρακον*. Da quest'ultimo vocabolo lo scoliaste* cita le uova *ἀνόστρακα* di Nicandro*, che vengono deposte senza guscio*. E vengono dette *ostracoderma* quelle uova che sono ricoperte da un guscio come se fosse di terracotta, dette uova *testea* - invece che *testacea* - da Macrobio*: invece *malacoderma* quelle che sono ricoperte da un involucro molle. Sembra che da Artemidoro* il *λέκιθος* - tuorlo - venga inteso anche come guscio, a meno che il testo sia magari corrotto: altri sono dell'avviso che con tale vocabolo viene indicato il tuorlo. In Matteo Silvatico* *annara* e *amianto** vengono intesi come guscio d'uovo.

Ora, ciò che è visibile non appena un uovo è stato rotto, Aristotele lo chiamava τὸ λευκόν τοῦ ᾠοῦ - il bianco dell'uovo, Cornelio Celso* *ovi album*, Plinio *ovi candidum*,

¹⁴⁷ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 451: Hodie vulgo αὐγό nominant. - L'etimologia di αὐγό e dell'equivalente ἄβγος è la seguente: τὰ ᾠά > ταυά > τ'αὐγά / τ'ἄβγά che sono ovviamente il plurale di uovo. La forma attualmente in uso è αὐγό, mentre è passata in secondo piano la forma dimotikí ἄβγος.

¹⁴⁸ *Naturalis historia* XXVIII,19: Huc pertinet ovorum, quis exorbuerit quisque, calices coclearumque protinus frangi aut isdem coclearibus perforari.

¹⁴⁹ Cfr. Aristotele *De generatione animalium* II 743a 17.

¹⁵⁰ *Lépos*, guscio, è testimoniato in Ateneo II p. 55c, Nicandro *Theriaca* 943.

¹⁵¹ *Aves* 673.

¹⁵² Lycophron, *Alexandra* (ed. by E. Scheer, Berlin, 1881), line 89. (Lind, 1963) - Il sostantivo neutro κελύφανον significa guscio e fu usato oltre che da Licofrone anche da Luciano*.

¹⁵³ Hippocrates *Liber de Natura Pueri* 22. (Lind, 1963)

¹⁵⁴ *De generatione animalium* III 758b.

¹⁵⁵ Nicander *Alexipharmaca* 295, with *scholia*. Macrobius, *Saturnalia*, and Artemidorus Daldianus, *Onirocriticus* (ed. by R. Hercher, Leipzig, 1864), are the other sources mentioned below. (Lind, 1963)

¹⁵⁶ Conrad Gessner *Historia animalium* III (1555) pagina 454: Ostracoderma ova dicuntur putamine contacta testaceo, (ova testea Macrobius dixit) malacoderma vero quae molli obducuntur cute, Caelius. § *Saturnalia* VII,16: In gradientibus lacertae et similia ex ovis creantur: quae serpunt ovis nascuntur exordio: volantia universa de ovis prodeunt excepto uno quod incertae naturae est: nam vespertilio volat quidem pellitis alis, sed inter volantia non habendus est qui quattuor pedibus graditur formatosque pullos parit et nutrit lacte quos generat: nantia paene omnia de ovis oriuntur generis sui, crocodilus vero etiam de testeis, qualia sunt volantium.

¹⁵⁷ *Onirocriticon* lib. 5. somnio 85. (Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 453).

¹⁵⁸ In greco *amiantos* = puro, incorruttibile. - La citazione di Aldrovandi è monca ed enigmatica. Più appropriata è quella di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 449: Amiantum Sylvaticus interpretatur testas ovorum e quibus pulli in nido excluduntur, manifesto errore, cum amiantus genus lapidis sit. hoc forsitan fieri potest, ut ad medicinam amianti loco testae ovorum usurpari possint.

¹⁵⁹ *De medicina* V,2: Glutinant vulnus murra, tus, cummi, praecipueque acanthinum; psylleum, tragacantha, cardamomon, bulbi, lini semen, nasturcium; ovi album, gluten, ichtyocolla; vitis alba, contusae cum testis suis cocleae, mel coctum; spongia vel ex aqua frigida vel ex vino vel ex aceto expressa; ex iisdem lana sucida; si levis plaga est, etiam aranea. - VI,6: [...] excipere oportet ovi albo, donec mellis crassitudinem habeat, idque in linteolum inlinere, et fronti adglutinare, ut compressis venis pituitae impetum cohibeat.

albumen, ut quidam citant, (ego plerunque semper ovi candidum ab eo nominari inuenio) album liquorem Columella¹⁶¹, Palladius¹⁶² alborem ovi, Apicius¹⁶³ albamentum ovi vocabant: candidam undam Martialis per periphrasin hoc versu¹⁶⁴.

Candida si croceos circumfluit unda vitellos.

Recentiores quidam ex Graecis transferentes ovi aquatum, et tenuem ovi liquorem, indoctiores albuginem, cum tamen albugo proprie sit in oculo macula, sive cicatrix altiuscula, sicut utique in summo nubecula, ut probi authores docent. Legimus et ovi album succum apud Plinium¹⁶⁵ in ramicosi infantis remedio: ut apud Serenum¹⁶⁶ quoque candidum ovi succum. Itali la chiara dell'ovo, Galli de Blanc d'ung Oeuf¹⁶⁷, aut aubun d'oeuf, Germani superiores das Klar oder vvyss im ey, inferiores dat vvit vant ey.

Interior ovi liquor, qui lutei coloris est, Plinio¹⁶⁸ vitellus, et luteum ovi vocatur. Recentiores quidam etiam vitellum genere neutro efferunt, uti et Gaza quoque contra veterum auctoritatem. Vitellus a vita dictus est quod ex eo vivat pullus, Graeci modo Lecython appellant, modo χρυσόν, Hippocrates¹⁶⁹ etiam τὸ χλωρόν, Aristoteles¹⁷⁰ ὠχρόν, et alibi λέκυθον faeminino genere¹⁷¹,

e albumen, come alcuni citano (io per lo più trovo che da lui viene sempre chiamato *ovi candidum*), Columella* liquido bianco, Palladio* biancore dell'uovo, Apicio* *albamentum ovi*: Marziale* onda candida, attraverso una perifrasi con questo verso:

Se un'onda candida scorre intorno ai tuorli color zafferano.

Alcuni autori più recenti traducendo dai Greci lo chiamano soluzione acquosa dell'uovo, e fluido sottile dell'uovo, e quelli meno esperti *albugo* - leucoma, sebbene tuttavia l'*albugo* sia in realtà una chiazza presente nell'occhio, oppure una cicatrice un po' rilevata, comunque tutt'al più come una piccola nube, come insegnano gli autori esperti. In Plinio, in un rimedio per un infante affetto da ernia, leggiamo anche succo bianco dell'uovo: come in Sereno Sammonico succo bianco dell'uovo. Gli Italiani lo chiamano la chiara dell'ovo, i Francesi *le blanc d'un oeuf*, oppure *aubun d'oeuf*, i Tedeschi del nord *das Klar oder* - oppure - *wyss im ey*, quelli del sud *dat vit vant ey*.

Il fluido più interno dell'uovo, che è di colore giallo, da Plinio viene chiamato *vitellus* - tuorlo - e giallo dell'uovo. Alcuni autori più recenti riportano anche *vitellum* al neutro, come fa anche Gaza* andando contro l'esempio degli antichi. *Vitellus* prende il nome da *vita* in quanto da esso trae vita il pulcino, i Greci talora lo chiamano *lecython*, talora *chrysón* - oro, Ippocrate anche *tò chlorón* - giallastro, biondo -, Aristotele *ochrón* - il giallo, e altrove *lékythos* - tuorlo - al femminile, come anche Dioscoride,

¹⁶⁰ *Naturalis historia* XXVIII,66: oculos firmitatis causa, inlinit sole usta cum ovi albo, [...] - XXIX,40: candido ovorum in oculis et pili reclinantur [...].

¹⁶¹ *De re rustica* VI,38,2: Suffraginosae ordeacea farina imponitur, mox suppuratio ferro reclusa linamentis curatur; vel gari optimi sextarius cum libra olei per narem sinistram demittitur, admisceturque huic medicamini trium vel quattuor ovorum albus liquor separatis vitellis.

¹⁶² *Opus Agriculturae* XI,14,9: In album colorem vina fusca mutari, si ex faba lomentum factum vino quia adiciat vel ovorum trium lagenae infundat alborem diuque commoveat: sequenti die candidum reperiri. Quod si ex afra pisa lomentum adiciatur, eadem die posse mutari.

¹⁶³ *De re coquinaria* V,3,4: Pisum coques, agitabis et mittis in frigidam. cum refrigeraverit, deinde agitabis. concidis cepam minutatim et albamentum ovi, oleo et sale condies, aceti modicum adicies. in boletari vitellum ovi cocti colas, insuper oleum viridem mittis et inferes. - VI,9,12: obligas cum albamentis ovorum tritis, ponis in lance, et iure supradicto perfundis.

¹⁶⁴ *Epigrammaton* liber XIII, XL, OVA - Candida si croceos circumfluit unda vitellos, | Hesperius scombri temperet ova liquor.

¹⁶⁵ *Naturalis historia* XXX,136: Coclearum saliva inlita infantium oculis palpebras corrigit gignitque. Ramicosis coclearum cinis cum ture ex ovi albo specillo inlitis per dies XXX medetur.

¹⁶⁶ Q. Serenus *Liber Medicinalis*, in 1,107 hexameters, (ed. by Fr. Vollmer) in *Corpus Medicorum Latinorum*, II (Leipzig, 1916), is based on Pliny; see *Philologus* 75. 128-33; Pliny, 30. 15. 47. 136. Dioscorides, mentioned below, wrote *De Materia Medica* (ed. by M. Wellmann, Berlin, 1906-14) and *Alexipharmaca* and *Theriaca* (ed. by K. Sprengel) in Kuehn, *Medici Graeci*, xxv, xxvi (Leipzig, 1829). (Lind, 1963)

¹⁶⁷ La fonte è quasi certamente Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 452: Galli de blanc d'ung oeuf, aubun d'oeuf. Itali volume de lovo.

¹⁶⁸ *Naturalis historia* X,148: Omnibus ovis medio vitelli parva inest velut sanguinea gutta, quod esse cor avium existimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in ovo certe gutta ea salit palpitatque. - XXX,141: [...] item si lutea ex ovis quinis columbarum admixta adipis suilli denarii pondere ex melle sorbeantur, passeris in cibo vel ova eorum, gallinacei dexter testis arietina pelle adalligatus.

¹⁶⁹ *De natura pueri* XXX.

¹⁷⁰ *Historia animalium* VI 560a 21.

¹⁷¹ Per esempio *Historia animalium* VI 560a 29.

uti et Dioscorides¹⁷²<, > τῶν ῥῶν τὰ χρυσᾶ invenio apud Athenaeum, et ῥοῦ τὸ πυρρόν apud Suidam. Veteres quandoque etiam ovi luteum νεοττόν vocabant, id est, pullum, nimirum quod pullum ex eo nasci, formarique existimarent, Itali torlo dell'ovo vocant, Galli le moyen d'un oeuf, le iaulne, Germani todter, vel tutter, forte, ut ait Ornithologus¹⁷³, quia mamillam tuten nuncupant. Alitur autem pullus vitello intra ovum, succo eius attracto, ut infans in lucem editus lacte mamillae. Belgae dat geel vant ey. Ozonab Sylvaticus exponit pro vitello ovi.

GENUS. DIFFERENTIAE.

Ornithologus¹⁷⁴ Gallorum, ac Gallinarum differentias a regionibus, ac locis quibus degunt potissimum desumi, atque ita non aliter quam magnitudine, aut etiam pugnacitate vult differre. Differunt tamen et in aliis, ut ex subsequentibus patebit. Inter eas, quae a veteribus celebrantur, Gallinas, Hadrianae¹⁷⁵,

trovo in Ateneo *ton oion ta chrysá*, e nel lessico Suida *oioú tò pyrrhón* - il rosso fuoco dell'uovo. Gli antichi talora chiamavano *neottón* anche il giallo dell'uovo, cioè pulcino, senza dubbio in quanto ritenevano che da esso il pulcino nascesse e prendesse forma, gli Italiani lo chiamano torlo dell'ovo, i Francesi *le moyen d'un oeuf*, *le iaulne*, i Tedeschi *todter*, o *tutter*, forse perché, come dice l'Ornitologo, chiamano la mammella *tuten* - capezzolo. Infatti il pulcino dentro all'uovo si nutre del tuorlo, attratto dal suo succo vitale, come un infante dato alla luce è attratto dal latte della mammella. I Belgi *dat geel vant ey*. Silvatico riporta *ozonab* per il tuorlo dell'uovo.

GENERE - DIFFERENZE

L'Ornitologo sostiene che le differenze dei galli e delle galline possono essere desunte in primo luogo dalle regioni e dalle località nelle quali vivono, e che per lo stesso motivo differiscono per le dimensioni o anche per la combattività. Differiscono tuttavia anche in altre cose, come risulterà evidente da ciò che segue. Tra le galline che vengono decantate dagli antichi in primo

¹⁷² *De materia medica* II,54 De ovo: ἡ λέκυθος. (Curtius Sprengel, Lipsiae 1829)

¹⁷³ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 452: Itali vitellum appellant tu<o>rlo de l'ovo: Galli le moyen d'un oeuf, le iaulne: Germani todter vel tutter: forte quia mamillam tuten appellant.

¹⁷⁴ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: Et primum DE GALLIS sive Gallinis quae a regionibus e locis denominantur, nec aliter a villaticis communibus differunt quam magnitudine, aut etiam pugnacitate.

¹⁷⁵ Fantasmagorica la disquisizione sulle galline *Hadrianae* da parte di Aldrovandi. Siamo pertanto costretti a citare per esteso il testo di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 380-381: HADRIANAE gallinae (Ἀδριανικαί, nimirum a regione, non ut Niphus suspicatur quod forte ab Adriano Imperatore observatae sint, vixit enim Adrianus multo post Aristotelis tempora) parvo quidem sunt corpore, sed quotidie pariunt, ferociunt tamen, et pullos saepe interimunt, color his varius, Aristot. Et alibi, Multa admodum pariunt. Fit enim propter corporis exiguitatem, ut alimentum ad partionem sumptitetur. Hadrianis laus maxima (circa foecunditatem,) Plinius. Adrianas sive Adriaticas gallinas (τοὺς Ἀδριατικούς ὄρνιθας) Athenienses alere student, quanquam nostri inutiliores, utpote multo minores. Adriatici vero contra nostras accersunt, Chrysippus apud Athenaeum lib.7. Gallinae quaedam Adriani regis vocantur, quae apud nos dicuntur gallinae magnae, et sunt magni oblongi corporis, abundant apud Selandos et Hollandos, et ubique in Germania inferiore. Pariunt quotidie, minime benignae in pullos suos, quos saepe interficiunt. Colores earum sunt diversi, sed apud nos frequentius sunt albae, aliae aliorum colorum. Pulli earum diu iacent sine pennis, Albertus, sed haec forsitan Medicae potius vel Patavinae gallinae fuerint. Gallinae Adrianae non magno et oblongo corpore sunt, ut somniavit Albertus, sed contra ut Aristoteles et Ephesius tradiderunt, Niphus. Gyb. Longolius Germanice interpretatur Leihennen, Varias sunt (inquit) rostro candidiusculo. Pulli earum columbarum pipiones colore referunt. Ab Adriaticis mercatoribus primum in Graeciam advectae videntur, et inde nomen tulisse. Quod autem ferocire Aristoteles eas scribit, factum esse puto ob patriae mutationem, cum in calidiores regiones devectae et ferventioris ingenii redditae sunt, Haec ille. Varro Africanas, quas non alias esse constat quam Hadrianas, varias et grandes facit, Turnerus. Ego Africanas ab Adrianis multum differre puto, cum Numidicis vero easdem esse. Hispanus quidam amicus noster gallinam Adrianam, Hispanice gallina enana nominat. nimirum quod corpore nana et pumila sit, quale genus in Helvetia apud nos audio nominari Schotthennen, alibi Erdhennle, alibi Däsehünle. Sed Gyb. Longolius gallinas plumilas [pumilas] Germanice vocat kriel. Vulgares sunt (inquit) et passim extant. Per terram reptant claudicando potius quam incedendo. Licebit autem gallinaceos huius generis pumiliones, gallinas pumilas cum Columella nominare. Sunt enim in omni animantium genere nani, ut dixit Theophrastus. Pumiliones, alias pumilas, aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter foecunditatem, nec propter alium reditum nimium probo, Columella. Est et pumilionum genus non sterile in iis, quod non in alio genere alitur, sed quibus {certa} <centra> foecunditas rara et incubatio ovis noxia, Plinius. Apud TANAGRAEOS duo genera gallorum sunt, hi machimi, (id est pugnaces, vel praeliarios, ut Hermolaus) vocantur, alii cossyphi. Cossyphi magnitudine LYDAS gallinas aequant, colore similes corvis (coracino, hinc cossyphi nimirum dicti quod merularum instar atrii coloris sint:) barbam et cristam habent instar anemones, (calcaria et apex anemonae [anemones] floris macula modo rubent, Hermol.) Candida item signa exigua in rostro supremo et caudae extremitate, Pausanias in Boeoticis interprete Loeschero. At pugillatum atque praelia, Graeci e Boeotia Tanagricas, item RHODIAS, (ut Athenaeus, Columella, Martialis,) nec minus CHALCIDICAS et MEDICAS probavere. Quidam ALEXANDRINAS in Aegypto, Hermolaus. Tanagrici, Medici et Chalcidici, sine dubio sunt pulchri, et ad praeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores, Varro. Tanagrici plerunque Rhodiis et Medicis amplitudine pares, non multum moribus a [381] vernaculis distant, sicut et Chalcidici, Columella: cum paulo ante dixisset Rhodii generis aut Medici propter gravitatem neque gallos nimis salaces, nec foecundas esse gallinas. Et rursus, Deliaci (scriptores) quoniam procera corpora et animos ad praelia pertinaces [pertinaces] requirebant, praecipue Tanagricum genus et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et Medicum, quod ab

sive, ut vocavit Aristoteles Ἀδριανικάι¹⁷⁶, primo loco occurrunt. At quae sint, alios aliter sentire video, et revera neminem hactenus videre mihi contigit, qui exacte hac in parte doctis ingeniis satisfacere potuerit. Albertus magnus Philosophus sui temporis celeberrimus, dum quasdam Gallinas Hadriani Regis vocari dicit, quae suis magnae dicantur, aperte Aristoteli refragatur: si modo verum est, quod de Hadrianis Aristotelis intelligat, ut Augustinus Niphus affirmat¹⁷⁷, in Albertum invecutus, cum ait: *Gallinae Hadrianae non sunt magno corpore, et oblongo, ut somniavit Albertus, sed contra ut Aristoteles, et Ephesius tradiderunt*{,} <.> Haec ille. At quam bene ex hoc¹⁷⁸ colligat Hadrianas Gallinas ab Hadriano {Imperatore} <Imperatore> nomen invenisse, ipse viderit¹⁷⁹. Equidem Aristotelem longe ante Hadrianum Imperatorem vixisse historia docet. Hadrianas vero a loco nomen accepisse, nimirum ab Hadria civitate nihilum dubito.

Turnerus¹⁸⁰ Africanas ab Hadrianis nihil differre existimans eas triplo, et amplius

luogo compaiono le *Hadrianae**, o, come le chiamò Aristotele, *Adrianiakai*. Ma chi esse siano, mi accorgo che alcuni la pensano in un modo altri in un altro, ed effettivamente finora non mi è accaduto di trovare nessuno che sia stato in grado di soddisfare con precisione le persone competenti in questa materia. Alberto Magno*, celeberrimo filosofo del suo tempo, mentre afferma che certe galline vengono dette *del Re Adriano*, le quali dai suoi compatrioti verrebbero dette di grandi dimensioni, si contrappone chiaramente ad Aristotele: ammesso che egli intenda le *Hadrianae* di Aristotele, come afferma Agostino Nifo*, nell'attaccare Alberto, quando dice: *Le galline Hadrianae non sono di corpo grande e allungato, come ha fantasticato Alberto, ma l'opposto, come ci hanno tramandato Aristotele e l'Efesino - Michele di Efeso**. Queste le parole dell'Ornitologo. Ma lui stesso - cioè Nifo - si sarà reso conto che in base a questa affermazione deduce che le galline *Hadrianae* hanno preso il nome dall'imperatore Adriano*. Senza dubbio la storia insegna che Aristotele è vissuto molto tempo prima dell'imperatore Adriano. In realtà non ho alcun dubbio che le *Hadrianae* hanno preso il nome da una località, senza dubbio dalla città di *Hadria**.

William Turner*, ritenendo che le Africane - *Numida meleagris*?* - non differiscono per nulla dalle *Hadrianae*,

imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur. Ex gallinaceis quidam ad bella tantum et praelia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodum ac Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis, ut plane dignae aliti tantum honoris praebeat Romana purpura, Plinius.

¹⁷⁶ *De generatione animalium* III 749b-750a - *Historia animalium* VI 558b. - Filippo Capponi in *Ornithologia Latina* (1979), quando tratta delle galline di *Hadria*, cita in greco il brano di Aristotele tratto da *Historia animalium* VI 558b e riporta l'aggettivo *Adrianaí* a proposito di queste galline. L'aggettivo *Adrianoís* è usato, per esempio, da Dionigi d'Alicarnasso (retore e storico greco del I sec. aC) per indicare il mare Adriatico (*Romanae Antiquitates*, II 4), mentre non comparirebbe in Aristotele, il quale avrebbe invece usato due diversi aggettivi equivalenti: *Adriatikós* (*Historia animalium*, VI etc.) e *Adrianiakós* (in *De generatione animalium* 749b 29 si legge: *tón alektorídon ai Adrianiakai*; in *Historia animalium* VI,1,558b 16 *Ai d'Adrianaí alektorídes* (qui *Adrianiakai* è alia lectio dei codici PD^a)); cfr. anche Ateneo VII,23,285d (Ἀδριατικοὺς ὄρνιθας, polli adriatici). § In Giulio Cesare Scaligero* (*Aristotelis historia de animalibus*, Tolosa, 1619, pag. 638) troviamo *Adrianiakai*: Αἱ δὲ Ἀδριανικάι ἀλεκτορίδες, εἰσι μὲν μικραὶ τὸ μέγεθος, τίκτουσι δὲ ἀν'ἐκάστην ἡμέραν. Εἰσὶ δὲ χαλεπαί, καὶ κτείνουσι τοὺς νεοττοὺς πολλάκις. Χρῶματα δὲ παντοδαπὰ ἔχουσι.

¹⁷⁷ Augustinus Niphus *Expositiones in omnes Aristotelis libros* (1546) pag. 157: Albertus [...] Etiam id, quod secundo loco asserit, longe deterius est, cum dicat gallinas adriaticas esse magno, & oblongo corpore, cuius oppositum Arist. & eius expositor Ephesius in scholijs tradiderunt.

¹⁷⁸ Aldrovandi non ha capito una minchia di quanto riferito da Gessner, né si è preso la briga di dare uno sguardo al commento di Agostino Nifo. Infatti molto prima della sua *inveittiva* contro Alberto, sempre a pagina 157 di *Expositiones in omnes Aristotelis libros* (1546) Agostino Nifo esprime il sospetto che le galline *Adrianae* furono così chiamate in quanto viste dall'imperatore Adriano: fortassis ab Adriano Imperatore observatae. - Quindi l'illazione *Adrianae* = fortassis ab Adriano Imperatore observatae non è di Alberto, ma di Nifo. Alberto conosceva galline giganti che erano dette del Re Adriano, e di quale re Adriano si tratti nessuno per ora lo sa.

¹⁷⁹ Agostino Nifo *Expositiones in omnes Aristotelis libros* (1546) pagina 157: *Adrianae* graece ἄδριανικάι, fortasse ab Adriano Imperatore observatae:[...]. § Agostino Nifo si è lasciato trarre in inganno da Alberto *De animalibus* VI,3: Adhuc autem quaedam sunt gallinae, quae Adriani regis - αἱ Ἀδριανικάι - vocantur, et apud nos dicuntur gallinae magnae, et sunt magni et longi valde corporis, et abundant in Selandia et Hollandia et fere ubique in Germania inferiori. (Albertus Magnus *De animalibus libri XXVI* - Hermann Stadler, Münster, 1916)

¹⁸⁰ L'errore di William Turner proviene da un'errata, frettolosa e fuorviante interpretazione del testo di Varrone relativo alle galline *Africanas*. Lo possiamo dedurre, come ha fatto Aldrovandi, dal testo di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: Varro Africanas, quas non alias esse constat quam Hadrianas, varias et grandes facit, Turnerus. Ego [Gessner] Africanas ab Adrianis multum differre puto, cum Numidicis vero easdem esse. - Varrone è ben informato: un conto sono le galline da cortile e quelle selvatiche, un altro conto sono le faraone. Ecco i frammenti di Varrone in cui parla delle *Africanas*, tratti da *Rerum rusticarum* III. 9,1: Igitur sunt gallinae quae vocantur generum trium: villaticae et rusticae et Africanas. - 9,16: Gallinae rusticae sunt in urbe rarae nec fere nisi mansuetas in cavea videntur Romae, similes facie non his gallinis villaticis nostris, sed Africanis. - 9,18: Gallinae Africanas

maiores facit, in tam foedum errorem impingens, ut redargutione plane non egeat. Nos de Africanis supra diximus¹⁸¹. Qui vero e contrario id genus Gallinarum nanas interpretantur, sive pumiliones, ab eorum opinione recedere minime possum, cuius sententiae fuisse Hispanum quendam amicum suum Ornithologus¹⁸² tradit, ac Hispanice Gallina enana interpretari asserit, nimirum, quod corpore nana, et pumila sit, eo, ut videtur, argumento nixus, quoniam Aristoteles Hadrianas parvo corpore esse scribat. Veruntamen ego nanas hic minime claudicantes illas, ut Longolius vocat, quae pariter nanae sunt, interpretor, sed genus quoddam caeteris minus:

rende queste galline tre volte più grandi e anche più, andando a cozzare in un così madornale errore da non aver assolutamente bisogno di una confutazione. Delle africane ho parlato in precedenza. A dire il vero non posso in alcun modo discostarmi dall'opinione di coloro che al contrario giudicano questa razza di galline come nane, ossia piccole, e l'Ornitologo riferisce che un suo amico spagnolo è stato di tale avviso, e afferma che in spagnolo viene tradotta in *Gallina enana*, certamente perché è di corpo nano e minuto, a quanto pare basandosi come prova sul fatto che Aristotele scrive che le *Hadrianae* hanno un corpo piccolo. Tuttavia a questo punto io ritengo che le nane non sono assolutamente quelle galline zoppicanti, come le chiama Gisbert Longolius*, che parimenti sono nane, bensì una razza più piccola delle altre:

Pagina 192

[192] claudicantes enim illae licet caeteris foecundiores sint, in omnibus passim locis reperiuntur, et genus suum non servant, aut propagant, sed ita nanae nescio quo casu nascuntur. Praeterea verisimile mihi non videtur, quomodo, et cur Aristoteles, qui omnes animalium differentias diligentissime observavit, literisque mandavit, et hanc non annotaverit. Plinius Hadrianas a nanis etiam distinguere non videtur, quamvis diversis de his agat capitibus. Sed nanas non vocat, verum modo Hadrianas, modo pumiliones. Postquam enim Hadrianis maximam laudem circa foecunditatem attribuisset¹⁸³, mox sententiam fusius explicans, de eisdem ita inquit¹⁸⁴: *Est et pumilionum genus non sterile in {iis} <bis>* (nimirum optimis) *quod non alio in genere alitum, sed quibus {certa}*¹⁸⁵ *<centra> foecunditas rara, et incubatio ovis noxia*: quasi dicat: ova illis non supponenda esse, quoniam pullos suos sint interempturae, ut dixit Aristoteles, qui colorem

ammesso che tali galline claudicanti siano più feconde delle altre, le si trova dappertutto in tutti i Paesi, e non custodiscono la loro prole né la perpetuano, ma non so per quale motivo nascono così nane. Inoltre non mi sembra verosimile come e perché Aristotele*, che osservò con estrema diligenza tutte le caratteristiche degli animali e le mise per iscritto, non abbia annotato anche questa. Pare che anche Plinio* non faccia distinzione fra le *Hadrianae* e le nane anche se ne tratta in paragrafi diversi. Ma non le chiama nane, bensì ora *Hadrianae*, ora piccole. Infatti, dopo aver conferito una grandissima lode alle *Hadrianae* a proposito della loro fecondità, in seguito, spiegando in modo più esteso la sua affermazione, così prende a dire di loro: *Vi è anche una razza di nane non sterile fra queste* (senza dubbio ottime) *non presente in altre specie di volatili, ma quelle con gli speroni sono raramente feconde e il loro covare è nocivo alle uova*: come se volesse dire: non bisogna mettere sotto a loro le uova in quanto ucciderebbero i loro pulcini, come disse Aristotele, che aggiunse anche la colorazione, cioè variegata, che Plinio ha ommesso, come se forse fosse

sunt grandes, variae, gibberae, quas *meleagridas* appellant Graeci. Haec novissimae in triclinium cenantium introierunt e culina propter fastidium hominum.

¹⁸¹ Ulisse Aldrovandi *Ornithologia* I, 595. (Lind, 1963)

¹⁸² Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: Ego Africanas ab Adrianis multum differre puto, cum Numidicis vero easdem esse. Hispanus quidam amicus noster gallinam Adrianam, Hispanice gallina enana nominat. nimirum quod corpore nana et pumila sit, quale genus in Helvetia apud nos audio nominari Schotthennen, alibi Erdhennle, alibi Däsehünle.

¹⁸³ *Naturalis historia* X,146: Quaedam omni tempore coeunt, ut gallinae, et pariunt, praeterquam duobus mensibus hiemis brumalibus. Ex iis iuvencae plura quam veteres, sed minora, et in eodem fetu prima ac novissima. Est autem tanta fecunditas ut aliquae et sexagena pariant, aliquae cotidie, aliquae bis die, aliquae in tantum ut effetae moriantur. Hadrianis laus maxima.

¹⁸⁴ *Naturalis historia* X,156: Gallinarum generositas spectatur crista erecta, interim et gemina, pinnis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquando et super IIII digitos traverso uno. Ad rem divinam luteo rostro pedibusque purae non videntur, ad opertanea sacra nigrae. Est et pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus centra, fecunditas rara et incubatio ovis noxia.

¹⁸⁵ L'erroneo scambio di *certa* per *centra* - e a pagina 197 Aldrovandi cita correttamente il greco *kéntra* - può risalire a qualche antica versione del testo pliniano, ma è assai più verosimile che esso provenga da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: Est et pumilionum genus non sterile in iis, quod non in alio genere alitum, sed quibus {certa} <centra> foecunditas rara et incubatio ovis noxia, Plinius. - Il sospetto è accresciuto dal fatto che Aldrovandi, come Gessner, usa *in iis* anziché *in bis*.

quoque addidit, varium¹⁸⁶ nempe, quem omisit Plinius, forte quasi superfluum fuerit eum addere: quod vix crediderim. Philosophus enim nihil frustra dicere solet. Gylbertus Longolius quasdam Gallinas Germanice Leihennen, quasi Gallinas parturientes dicas, appellari ait, et Hadrianas esse conijcit, colore vero varias esse, et rostro {longiusculo} <candidiusculo¹⁸⁷>, pullos vero columbarum pipiones <colore> referre.

Quod vero Aristoteles¹⁸⁸ Hadrianas ferocire dicat, factum esse putat ob patriae mutationem, cum in calidiores regiones devectae, et ferocioris ingenii redditae sunt. Has ego (si modo tales ibi dentur) Hadrianas esse prius plane credebam. At cum ferocire eas neget, id vero Aristoteles¹⁸⁹ aperte tradat, nimirum in proprios pullos, quos, ut inquit, saepe interimunt: et Plinius, ut ostendi, eandem ob causam tanquam incubationi ineptas, reijciat: immutata opinione omnino censeo, nec tales Hadrianas esse. Verum cum et ipse interim, quae certo Hadrianae dici possint nunquam viderim, itaque suum cuique liberum iudicium relinquo, aliorum opinionem tantum examinasse contentus. Video tamen plerosque viros doctos, forte quia et ipsi alias non habent, quas Hadrianas dicere possent, Gyberti Longolii sententiam amplecti.

Columella etiam quasdam Gallinas pumiliones vocat, quae nunquid eadem sint cum pumilionibus Plinii, rursus subdubito. Etenim Columella¹⁹⁰ nec propter foecunditatem, nec propter aliud emolumentum eas nimium probat: hic, uti diximus pro foecundissimis habet: et inter nostri saeculi scriptores Conradus Heresbachius pumiliones, etsi vetustas cum ob infoecunditatem, tum ob alias causas improbat: tamen pluribus locis foecundas reperiri, ovaque plurima edere

stato quasi superfluo aggiungerla: cosa nella quale a stento sarei disposto a credere. Infatti il Filosofo è solito non dire nulla invano. Gisbert Longolius* dice che alcune galline in tedesco vengono chiamate *Leihennen*, come dire che si tratta di galline che depongono uova, e conclude che sono *Hadrianae*, che davvero sono di diversi colori e con un becco bianchiccio, mentre i pulcini riecheggiano nel colore i piccoli dei colombi.

Ma siccome Aristotele dice che le *Hadrianae* sono aggressive, egli - Longolius - ritiene che ciò si è verificato perché hanno cambiato il luogo d'origine, e quando sono state trasferite in regioni più calde sono anche diventate di temperamento più aggressivo. In precedenza io credevo proprio che queste galline (purché esistano lì simili galline) fossero galline *Hadrianae*. Ma dal momento che egli - Longolius - afferma che esse non sono aggressive, mentre Aristotele riferisce ciò in modo esplicito, proprio nei confronti dei propri pulcini che, come dice, spesso uccidono, e anche Plinio, come ho dimostrato, le disprezza per lo stesso motivo come se non fossero adatte all'incubazione, senza dubbio alcuno io ritengo con parere immutato che neppure le suddette sono *Hadrianae*. Tuttavia, dal momento che anch'io per ora non ho mai visto galline che possano essere chiamate con sicurezza *Hadrianae*, lascio pertanto a ciascuno la sua libertà di giudizio, essendomi limitato a esaminare solamente l'opinione altrui. Noto tuttavia che la maggior parte degli uomini dotti, forse perché anche loro non avevano a disposizione altre galline che potessero chiamare *Hadrianae*, abbracciano l'opinione di Gisbert Longolius.

Anche Columella* definisce nane alcune galline, ma di nuovo ho dei dubbi se si tratti delle stesse galline nane di Plinio. Infatti Columella non le apprezza eccessivamente né per la loro fecondità né per un qualsiasi altro vantaggio. Costui - Plinio, come abbiamo detto, le ritiene molto feconde: e, tra gli scrittori del nostro secolo, Conrad Heresbach* disapprova le nane anche se vecchie, sia per la loro infecondità che per altri motivi: asserendo pure che se ne trovano di feconde in molte località e che depongono moltissime uova, e che di questi tempi in Britannia sono ricercate per preparare

¹⁸⁶ *Historia animalium* VI 558b 19: *chromata de pantodapa ebousin*.

¹⁸⁷ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: Gyb. Longolius Germanice interpretatur Leihennen, Varias sunt (inquit) rostro candidiusculo.

¹⁸⁸ *Historia animalium* VI 558b 18: *chalepai*.

¹⁸⁹ *Historia animalium* VI 558b 18: *keinousi tous neottois pollakis*.

¹⁹⁰ *De re rustica* - VIII,2,14: Pumileas aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem nec propter alium reditum nimium probo, tam hercule quam nec pugnacem nec rixosae libidinis marem. Nam plerumque ceteros infestat, et non patitur inire feminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. - Le galline nane, salvo che a qualcuno piacciono le loro piccole dimensioni, non le apprezzo eccessivamente né per la loro fecondità né per un qualsivoglia altro tornaconto, così come certamente non apprezzo un maschio sia esso bellicoso che di libidine litigiosa. Infatti per lo più molesta gli altri maschi e non permette loro di accoppiarsi con le femmine, quantunque non sia in grado di bastare a molte di loro.

asserens, et in Britannia hoc tempore ad cibos delicatos expeti. Quas vero Longolius pumilas vocat, et Germanice Kriel¹⁹¹ interpretatur, eae, ut paulo ante dixi, passim extant, per terram reptant, claudicando potius, quam incedendo, nos etiam na{ }nas appellamus. Flandri, ut audio gekrield hennens. Aristoteles¹⁹² de suis Hadrianis loquens, cur multa admodum pariant, hanc rationem reddit, *quod propter corporis exiguitatem, alimentum ad {partitionem sumptiterur} <partitionem sumptitetur>*. Has, ut inquit, Chrysippus apud Athenaeum¹⁹³, Athenienses alere studebant, *quanquam nostris inutiliores: Adriatici vero contra nostras accersire solebant*.

Sunt et praeterea alia Gallinarum genera ab antiquis magno honore habita: quae itidem fere nobis incognitae sunt. Tales sunt Tanagraeae, Lydae, Rhodiae, Chalcidicae, Medicae, et Alexandrinae. Ex Tanagraeis Gallos potius, quam Gallinas probabant, eorumque bina erant genera. Alii enim μάχιμοι, id est, pugnaces vel proeliare erant, ut Hermolaus vertit: alii Cossiphi, qui Lydas magnitudine aequabant, quorum Pausanias¹⁹⁴ meminit, et Corvis colore similes esse tradit (hinc nimirum Cossiphi dicti, quod Merularum instar atri

cibi delicati. Quelle che Longolius chiama nane, e che in olandese si traduce con *kriel*, come dissi poco fa si trovano ovunque, strisciano per terra più zoppicando che camminando, anche noi le chiamiamo nane. Come sento dire, gli abitanti delle Fiandre* le chiamano *gekrield hennens*. Aristotele parlando delle sue *Hadrianae** fornisce questo motivo alla domanda sul perché depongono moltissime uova: *perché a causa dell'esiguità del corpo l'alimento viene usato per la procreazione*. Come dice Crisippo* in Ateneo*: *Gli Ateniesi si industriavano nell'allevare queste galline, nonostante fossero più inutili delle nostre: invece, al contrario, le popolazioni dell'Adriatico erano solite procurarsi le nostre*.

Inoltre ci sono anche altre razze di galline tenute in grande stima dagli antichi: le quali in ugual maniera ci sono quasi sconosciute. Tali sono le galline di Tanagra*, della Lidia*, di Rodi*, di Calcide*, della Media* e di Alessandria*. Dei polli di Tanagra apprezzavano i galli anziché le galline, e di essi ne esistevano due razze. Gli uni erano i *máchimoi*, cioè, come ha tradotto Ermolao Barbaro*, erano pugnaci o da combattimento: gli altri erano i *cosyphi** di cui ha fatto menzione Pausania*, che eguagliavano in grandezza le galline della Lidia, e dice che sono di colore simili ai corvi (per cui detti appunto *cosyphi* - merli - poiché sono di un colore scuro come

¹⁹¹ L'olandese è una lingua germanica occidentale parlata in Olanda e derivata dai dialetti del basso germanico dei Franchi e dei Sassoni. Fino al 1600 anche le parole in olandese erano dette germaniche, in quanto con germanico - o tedesco* - si indicava tutto ciò che non era latino. Per cui in questo caso è corretto tradurre *Germanice* con "in olandese" anziché con "in tedesco", in quanto *kriel* è un vocabolo prettamente olandese mentre il suo equivalente tedesco è *zverg*. - L'input per questa precisazione mi è giunto grazie all'acume del Dr Stefano Bergamo che da alcuni lustri respira aria olandese e magari ogni tanto si abbuffa di patatine *kriel*. Infatti così mi ha precisato in una e-mail del 2 maggio 2006: "Kriel indica la nanezza in genere, si usa anche per le patatine rotonde che si consumano piccolissime (dimensioni max come una ciliegia)."

¹⁹² *De generatione animalium* III 749b 28: *διὰ μικρότητα τοῦ σώματος εἰς τὴν τέκνωση καταλιπέται ἡ τροφή*.

¹⁹³ VII 285d. § Conrad Gessner in *Historia animalium* (1555) a pagina 380 incorpora nella citazione la motivazione 'utpote multo minores': *Adrianas sive Adriaticas gallinas (τοὺς Ἀδριατικούς ὄρνιθας) Athenienses alere student, quanquam nostris inutiliores, utpote multo minores. Adriatici vero contra nostras accersunt, Chrysippus apud Athenaeum lib.7. § Deipnosophistai VII,23: Χρύσιππος δ' ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ περὶ τῶν δι' αὐτὰ αἰρετῶν 'τὴν ἀφύην, φησί, [τὴν] ἐν Ἀθήναις μὲν διὰ τὴν δαψίλειαν ὑπερορῶσι καὶ πτωχικὸν εἶναι φασιν ὄψον, ἐν ἑτέροις δὲ πόλεσιν ὑπερθαυμάζουσι πολὺ χεῖρω γινομένην. εἴθ' οἱ μὲν, φησί, ἐνταῦθα τοὺς Ἀδριατικούς ὄρνιθας τρέφειν σπεύδουσιν ἀχρειοτέρους ὄντας, ὅτι τῶν παρ' ἡμῖν πολὺ ἐλάττους εἰσίν· ἐκεῖνοι δὲ τὰναντία μεταπέμπονται τοὺς ἐνθάδε.'* - Il filosofo Crisippo, nel trattato relativo alle cose che si debbono preferire di per sé, dice: "L'acciuga ad Atene la disprezzano a causa dell'abbondanza e dicono essere un cibo destinato ai poveri, mentre in altre città l'apprezzano molto, pur essendo di qualità molto scadente. Del resto, dice, qui ci sono coloro che bramano allevare i polli del mare Adriatico che sono alquanto inutili, dal momento che sono molto più piccoli di quelli che abbiamo noi; al contrario, quelli - che abitano lungo l'Adriatico - importano quelli che abbiamo qui. (frammento 2, svF III pag. 195, presso Ateneo VII,23,285d - traduzione di Elio Corti con la collaborazione di Roberto Ricciardi*)

¹⁹⁴ *Periegesi della Grecia* IX, BEOZIA, 22. 4. "Here [in Tanagra] there are two breeds of cocks, the fighters and the blackbirds, as they are called. The size of these blackbirds is the same as that of the Lydian birds, but in colour they are like crows [like a crow - *kórakí* = to a crow], while wattles and comb are very like the anemone. They have small, white markings on the end of the beak and at the end of the tail." (translation by W.H.S. Jones) - "Qui [a Tanagra] ci sono due razze di galli, i combattenti e i merli, come sono chiamati. Le dimensioni di questi merli sono le stesse di quelle degli uccelli [dei polli, delle galline] della Lidia, ma nel colore essi sono simili a un corvo [*kórakí*], mentre i bargigli e la cresta sono molto simili all'anemone; essi posseggono dei piccoli segni bianchi sulla punta del becco e all'estremità della coda." (traduzione di Elio Corti) - "Ἔστι δὲ καὶ γένη δύο ἐνταῦθα ἀλεκτρούωνων, οἷ τε μάχιμοι καὶ οἱ κόσσυφοι καλούμενοι. Τούτων τῶν κοσσύφων μέγεθος μὲν κατὰ τοὺς Λυδοὺς ἐστὶν ὄρνιθας, χροῶ δὲ ἐμφορῆς κόρακι, κάλλια δὲ καὶ ὁ λόφος κατὰ ἀνεμώνην μάλιστα· λευκὰ δὲ σημεῖα οὐ μεγάλα ἐπὶ τε ἄκρω τῷ ῥάμφει καὶ ἐπὶ ἄκρας ἔχουσι τῆς οὐράς.

coloris sint) et barbam, et cristam habuisse instar anemones (quo loco Hermolaus habet calcaria, et apex anemone¹⁹⁵ floris macula¹⁹⁶ modo rubent, quod non placet: siquidem in nulla Gallina calcar unquam rubere visum est). Candida item signa exigua in rostro supremo, et caudae extremitate. Mihi eiusmodi Gallorum genus prorsus ignotum est. Veruntamen cum Graeci Tanagricos e Boeotia, item Athenaeus, Rhodias, Columella, et Martialis, nec minus Chalcidicas, et Medicas, et nonnulli Alexandrinas Aegyptias ad pugillatum, et praelia commendant: itaque quispiam easdem esse suspicari possit, etsi a doctissimo M. Varrone, et Columella, necnon a Plinio apertissime distingui videantur. Nam si diligenter, et ad trutinam, quod aiunt, gravissimorum horum authorum verba examines, nullam ferme inter omnes notabilem differentiam reperies, et alios aliis pugnaciores tantum dicere videbis. Ita eodem prorsus modo in Europa nostra cernimus aliam gentem alia pugnaciorem esse, cum tamen interim nulla alia corporis nota discrepent.

Tanagrici, Medici, et Chalcidici, inquit Varro¹⁹⁷, sine dubio sunt pulchri, et ad proeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores. Columella vero nulla pugnacitatis facta mentione¹⁹⁸, *Tanagrici*, inquit, *plerunque Rhodiis, et Medicis amplitudine pares, non multum moribus a vernaculis distant, sicut et Chalcidici: cum paulo ante dixisset: Rhodii generis, aut Medici propter gravitatem, neque Gallos nimis [193] salaces, neque foecundas esse Gallinas.*

quello dei merli) e che avevano sia la barba - i bargigli* - sia la cresta come un anemone* (in questo punto Ermolao riporta *gli speroni e la cresta rosseggiano come una macchia di fiore di anemone*, cosa che non ritengo giusta: dal momento che in nessuna gallina si è mai visto uno sperone rosseggiare). Parimenti presentano delle piccole tacche bianche alla punta del becco e all'estremità della coda. A me una siffatta razza di galli è completamente ignota. Tuttavia, per il fatto stesso che i Greci per la lotta e i combattimenti raccomandano le galline di Tanagra in Beozia, così come fa Ateneo, Columella e Marziale* quelle di Rodi e in egual misura quelle di Calcide e della Media, e alcuni quelle di Alessandria d'Egitto: pertanto qualcuno potrebbe supporre che si tratta delle stesse galline, anche se appare chiaro che dal dottissimo Marco Varrone* e da Columella, come pure da Plinio, vengono distinte in modo molto evidente - l'una dall'altra. Ma se, come dicono, tu soppesassi attentamente e con la bilancia le parole di questi autorevolissimi scrittori, non troverai quasi nessuna differenza degna di nota tra tutti - questi polli, e ti renderai conto che dicono solamente che gli uni sono più combattivi degli altri. Così proprio allo stesso modo vediamo chiaramente che nella nostra Europa una popolazione è più aggressiva di un'altra, quando invece non differiscono per nessun'altra caratteristica somatica.

Varrone dice: *I galli di Tanagra, della Media e di Calcide senza dubbio sono belli e abilissimi nel combattere fra di loro, ma piuttosto improduttivi circa la prole.* Columella, senza aver fatto alcuna menzione della combattività, dice: *I polli di Tanagra, che generalmente sono pari per grandezza a quelli di Rodi e della Media, nel comportamento non sono molto diversi dai polli nostrani, come anche quelli di Calcide.* avendo detto poco prima: *Della razza di Rodi o della Media a causa del peso né i galli sono eccessivamente lussuriosi né le galline prolifiche.*

Pagina 193

Quibus verbis dum non multum moribus a Mentre con queste parole dice che per il

¹⁹⁵ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: Apud TANAGRAEOS duo genera gallorum sunt, hi machimi, (id est pugnaces, vel praeliaries, ut Hermolaus) vocantur, alii cossyphi. Cossyphi magnitudine LYDAS gallinas aequant, colore similes corvis (coracino, hinc cossyphi nimirum dicti quod merularum instar atri coloris sint:) barbam et cristam habent instar anemones, (calcaria et apex anemone [anemones] floris macula modo rubent, Hermol.) Candida item signa exigua in rostro supremo et caudae extremitate, Pausanias in Boeoticis interprete Loescherio.

¹⁹⁶ Se vogliamo attribuire a *modo* il significato di "come" - essendo ablativo di *modus* - allora *modo* regge il genitivo. Se accettiamo *macula* invece di un genitivo *maculae*, allora *modo* va tradotto con "appena" essendo un avverbio. Si opta per la prima soluzione per ovvi motivi cromatici e sintattici, anche se il testo originale di Ermolao Barbaro riporta sia *anemone* che *macula*. - *Corollarium in Dioscoridem* (1516): CCLIII GALLINACEUS - [...] calcaria & apex anemone floris macula modo rubent. [...]

¹⁹⁷ *Rerum rusticarum*, III,9,6 Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos et Melicos et Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri et ad proeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores.

¹⁹⁸ *De Re Rustica*, VIII: (2,12) Talibus autem maribus quinae singulis feminae comparantur. Nam Rhodii generis aut Medici propter gravitatem neque patres nimis salaces nec fecundae matres, quae tamen ternae singulis maritantur. Et cum pauca ova posuerunt, inertes ad incubandum multoque magis ad excludendum, raro fetus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus gallinis subiciunt, ut ab his excusi pulli nutriantur. (2,13) Tanagrici plerumque Rhodiis et Medicis amplitudine pares non multum moribus a vernaculis distant, sicut et Chalcidici. Omnium tamen horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt, et salacitatem fecunditatemque vernaculam retinent.

vernaculis differre tradit, a Varrone, et Plinio dissentire videri possit, nisi alias ita scriberet¹⁹⁹: *Deliaci, nempe scriptores*²⁰⁰, *quia procera corpora, et animos ad praelia pertinaces requirebant, praecipue Tanagricum genus, et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum, et Medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur.* Et alibi etiam Rhodias aves (intelligit autem Gallinas) foetus suos non commode nutrire scripsit. Ita et Plinius²⁰¹, *Ex Gallinaceis, inquit, quidam ad bella tantum, et praelia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodium, {et} <aut> Tanagram.* Quos itaque sagacissima parens rerum natura, maiores ac pugnaciores aliis fecit, eosdem contra steriliores caeteris esse voluit.

Albertus quasdam Gallinas Hadriani Regis appellat, et apud suos magnas vocari ait, magni scilicet, et oblongi corporis. *Abundant, inquit, apud Hollandos, et Zelandos, et ubique in Germania {superiore} <inferiore>*²⁰². Harum Galli forte cum iam dictis similes fuerint. Etsi vero Varro²⁰³ Tanagricos Gallos, Medicos, et Chalcidicos ad partus steriliores, Albertus contra eas Gallinas quotidie parere dicat, non tamen ideo omnino diversum genus esse crediderim. Fieri enim potest, ut apud Hollandos, et Zelandos, quorum regio fere in {extrema} <extremo> septentrione sita est, foecundi sint, et apud Graecos steriles in regionibus videlicet calidissimis: vel potius Varro ad partus steriles dixit, quoniam in

comportamento non differiscono molto dai polli nostrani, potrebbe sembrare che egli sia in disaccordo con Varrone* e con Plinio* se in un altro punto non scrivesse così: *Quelli di Delo**, gli ~~scrittori~~ allevatori evidentemente, *poiché ricercavano corpi di alta statura e spiriti ostinati nei combattimenti, apprezzavano soprattutto le razze di Tanagra* e di Rodi*, e inoltre quelle di Calcide* e della Media*, che dalla gente incompetente, con lo scambio di una lettera, viene detta Melica.* E in un altro punto ha anche scritto che gli uccelli di Rodi (ma intende le galline) non si prendono cura in modo adeguato dei loro piccoli. Così si esprime anche Plinio: *Tra i polli alcuni nascono soltanto per continue lotte e combattimenti, grazie ai quali hanno anche reso famosa la loro patria, Rodi o Tanagra.* E pertanto quelli che la sagacissima madre natura ha creato più grandi e più combattivi di altri, ha invece voluto che i medesimi fossero più improduttivi di tutti gli altri.

Alberto Magno* chiama certe galline *del Re Adriano**, e dice che presso i suoi conterranei vengono dette grandi, cioè dal corpo grande e allungato. Egli dice *Sono abbondanti presso gli abitanti dell'Olanda* e della Zelanda*, e ovunque nella provincia della Germania Inferiore**. Forse i galli di queste galline potrebbero essere simili a quelli di cui abbiamo appena parlato. Nonostante però Varrone dica che i galli di Tanagra, della Media e di Calcide sono piuttosto improduttivi riguardo alla prole, e al contrario Alberto affermi che quelle galline depongono ogni giorno, non per questo tuttavia sarei disposto a credere che si tratta di una razza completamente diversa. Infatti può accadere che presso gli abitanti dell'Olanda e della Zelanda, il cui territorio è posto quasi all'estremo nord, essi siano fecondi, e sterili presso i Greci in regioni senza dubbio molto calde: o meglio, è stato Varrone a

¹⁹⁹ *De Re Rustica*, VIII,2,4: Huius igitur villatici generis non spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Graecorum et praecipue celebravere Deliaci. Sed et hi, quoniam procera corpora et animos ad proelia pertinacis requirebant, praecipue Tanagricum genus et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et Medicum, quod ab imperito vulgo littera mutata Melicum appellatur.

²⁰⁰ Aldrovandi cade in un banale e scontato errore del quale farà però ammenda a pagina 197, nonché a pagina 232 parlando dei polli che vengono ingrassati. L'errore è dovuto al vizio di fare man bassa sconsiderata del testo di Gessner, che erroneamente a pagina 381 della sua *Historia animalium* III (1555) suona così: Et rursus, Deliaci (scriptores) quoniam procera corpora et animos ad praelia pertinace {i}s requirebant, [...] - Infatti *quelli di Delo* non erano scrittori, bensì allevatori. La fortuna e la fama degli abitanti di Delo come allevatori di polli ci è confermata da Varrone, Plinio e Columella, nonché da Cicerone. Varrone *Rerum rusticarum*, III,9,2: Gallinae villaticae sunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ornithoboscion instituere vult, id est adhibita scientia ac cura ut capiant magnos fructus, ut factitaverunt Deliaci, haec quinque maxime animadvertant oportet:[...] - Plinio *Naturalis historia* X,139: Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis exorta opimas aves et suoapte corpore unctas devorandi. - Columella *De Re Rustica*, VIII,2,4: Huius igitur villatici generis non spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Graecorum et praecipue celebravere Deliaci. - Cicerone *Academica* II,57: Videsne ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures salvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent: ei cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset dicere solebant.

²⁰¹ *Naturalis historia* X,48: Iam ex his quidam ad bella tantum et proelia adsidua nascuntur - quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodium aut Tanagram; secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis -, ut plane dignae aliti tantum honoris perhibeat Romana purpura.

²⁰² Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 380: Gallinae quaedam Adriani regis vocantur, quae apud nos dicuntur gallinae magnae, et sunt magni oblongi corporis, abundant apud Selandos et Hollandos, et ubique in Germania inferiore.

²⁰³ *Rerum rusticarum*, III,9,6 Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos et Melicos et Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri et ad proeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores.

pullos saeviant²⁰⁴, nam Albertus de Hollandicis Gallinis prodidit, minime in {suas}²⁰⁵ <suos> benignas esse, eosque saepe interimere; et Columella²⁰⁶ Rhodias aves fetus suos non commode nutrire tradit.

Hermolaus Barbarus et Longolius²⁰⁷, viri alioqui doctissimi, Medicas eas Gallinas esse credunt, quae vulgo Patavinae, et Longobardicae vocantur. Quorum ego opinioni nequiquam subscribere nec possum, nec volo. Siquidem tam manifestam differentiam, qua a caeteris omnibus distinguuntur, nempe quod cauda destitutae sint, profecto veteres nequaquam erant praeterituri. Fuerint itaque genus diversum, neque etiam credibile est veteres eas, vel Medicas, vel Tanagricas, vel alio quovis peregrino nomine compellaturos fuisse, si Patavii in medio fere Italiae sinu eas habebant. Caeterum Patavinas pulverarias a vico cognominari Hermolaus²⁰⁸ testis est, grandissimas et spectabiles maxime: Pulverarias autem dici intellexi ab Excellentissimo M. Antonio Ulmo Patavino a vico quodam, ubi abundant, et cuius Caelo miro modo gaudent, adeo ut ibi fertilitatis miraculum adaequent, et cum ad alia loca etiam vicina importantur, nisi sterilescent,

dire che sono improduttivi riguardo alla prole poiché si accaniscono nei confronti dei pulcini, e infatti Alberto ha riferito a proposito delle galline olandesi che non sono per nulla benevole nei confronti dei loro pulcini, e che spesso li uccidono; e Columella* riferisce che le galline di Rodi non si prendono cura in modo adeguato dei loro piccoli.

Ermolao Barbaro* e Longolius*, uomini per altri versi molto qualificati, credono essere della Media quelle galline che comunemente vengono dette padovane e lombarde*. In nessun modo né voglio né posso associarmi al loro punto di vista. Dal momento che una sì palese differenza per la quale si distinguono da tutte le altre, per il fatto cioè di essere prive di coda, senza dubbio non sarebbe assolutamente sfuggita agli antichi. Pertanto potrebbero essere una razza diversa, e neppure è credibile che gli antichi le avrebbero chiamate galline della Media, o di Tanagra, o con qualunque altro nome esotico dal momento che essi le avevano a Padova*, quasi al centro del cuore dell'Italia. Del resto Ermolao è testimone del fatto che le Padovane Polverara* prendono il nome da un borgo, e che sono di enormi dimensioni e di aspetto estremamente bello: infatti sono venute a sapere che dall'Eccellentissimo Marco Antonio Olmo* da Padova le Polverara sono così chiamate da un certo borgo, dove sono abbondanti, e del cui clima godono in modo meraviglioso, al punto che costì raggiungono il miracolo della fertilità, e quando vengono trasferite in altre località seppur vicine, se non diventano sterili, perlomeno si alterano parecchio.

²⁰⁴ Non è stato Varrone a citare l'aggressività delle galline nei confronti dei pulcini. Lo ha fatto Aristotele nella sua *Historia animalium* VI 558b quando parla delle *Hadrianae**, notoriamente di piccola taglia.

²⁰⁵ Errore tipografico? Crediamo di sì, in quanto sarebbe più corretto il maschile plurale *suos* riferito ai *pullos*, i quali vengono subito ripresi dal successivo *eosque*. Ammettendo invece che il femminile plurale *suas* non sia un errore tipografico, allora *suas* deve essere tradotto con *comari*, *colleghe*, ovviamente *colleghe di recinto*. Spesso le galline mostrano fra loro un'aggressività che può superare quella che intercorre fra galli. Tuttavia, un'aggressività fra galline non implica assolutamente un'aggressività nei confronti della prole. Anzi, forse la prole viene meglio custodita da una madre che si mostra aggressiva nei confronti di altre galline.

²⁰⁶ *De Re Rustica*, VIII,2,12: Talibus autem maribus quinae singulis feminae comparantur. Nam Rhodii generis aut Medici propter gravitatem neque patres nimis salaces nec fecundae matres, quae tamen ternae singulis maritantur. Et cum pauca ova posuerunt, inertes ad incubandum multoque magis ad excludendum, raro fetus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus gallinis subiciunt, ut ab his excusi pulli nutriantur. - 11,11: Neque est quod committatur ut Rhodiaca aves pavoninis incubent, quae ne suos quidem fetus commode nutriunt. Sed veteres maximae quaeque gallinae vernaculi generis eligantur, [...]

²⁰⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 381: Antiqui ut Thetin Thelin dicebant, sic Medicam Melicam vocabant. Hae primo dicebantur, quia ex Media propter magnitudinem erant allatae, quaeque ex his generatae postea propter similitudinem, Varro et Festus. Turnerus Gallum Medicum interpretatur Anglice a bauncok, vel a cok of kynde. Medicae, generi villatico adscribuntur, propter magnitudinem in Italiam translatae. Cuiusmodi Patavinae modo sunt, Pulverariae cognominatae a vico, ubi grandissimae ac spectabiles maxime nascuntur: quas Turcarum rex, is qui Constantinopolim aetate nostra coepit vi, muneris magni loco a senatu missas habuit, Hermolaus. Patavinae saginatae libras sedecim pondere exuperant, Grapaldus. Quidam Germanice circumscribentes interpretantur, groß Welsch hennen, id est grandes Italicas gallinas. Nos tales habemus gallinaceos, altis cruribus, absque cauda. Grande genus gallinaceorum, quod pedibus ad pectus usque sublatis incedit, plumis ex auro fulvis, patrum memoria in Germaniam ex proximis provinciis advectum est. Videntur autem Medici. quanquam non Media modo, verum Boeotiae civitas Tanagra et Rhodus Chalcisque insulae insignes corpore suffecerunt. unde istos vel Medicos vel Tanagricos vel Rhodios vel Chalcidicos appellare licebit. Vulgus Longobardicus nuncupat. pauci a villicis educantur quod parum foecundi sint, Gyb. Longolius.

²⁰⁸ *Corollarium in Dioscoridem* (1516) GALLINACEUS CCLIII - Nam medicae a media quasi medicae generi villatico ascriptae sunt: propter magnitudinem in Italiam translatae: cuiusmodi Patavinae modo sunt: Pulverariae cognominatae a vico ubi grandissimae, ac spectabiles maxime nascuntur: quas Turcarum rex is: qui Constantinopolim aetate nostra coepit: vi muneris magni loco a senatu missas habuit.

saltem maximopere degenerent. Has quidam Germanice circumscribentes interpretantur gross vvelsch hennen, id est grandes Italicas Gallinas. Nos, inquit Longolius tales habemus Gallinaceos, altis cruribus, absque cauda. Grande Genus Gallinaceorum, quod pedibus usque sublatis incedit, plumis ex auro fulvis, patrum memoria in Germaniam ex proximis provinciis advectum est. Videntur autem Medici, quanquam non Media modo, verum Boeotiae civitas Tanagra, et Rhodus, Chalcisque insulae insignes corpore suffecerunt. Unde istos vel Medicos, vel Tanagricos, vel Rhodios, vel Chalcidicos appellare licebit. Vulgus Longobardicos nuncupat. Pauci a villaticis educantur, quod parum foecundi sint. Haec ille.

Navigationum in Indiam auctores in regno Senegae Gallinas esse referunt, quae Gallinae Pharaonis dicantur; deferri autem ex Oriente: item apud Tarnasaros²⁰⁹ Indiae populos alios Gallos et Gallinas reperiri nostratibus triplo maiores. Postremo Petrus Martyr²¹⁰ in Imaica insula Gallinas reperiri, auctor est, quae Pavonibus nec magnitudine, nec sapore cedant.

Rostrum omnium avium vulgus Italicum becco vocat vocabulo Tolosano antiquo, quanquam privatim Gallinacei rostrum, Suetonio²⁵² teste, significaret: est autem utriusque sexui robustum, et in superiori parte aduncum, coloris plerumque cornei. Hesychio, et Varino κόραξ modo Corvum, et omnibus Graecis, significat, modo summa Gallinaceorum rostra, nimirum a nigro colore quem Graeci κορὸν²⁵³ vocant: at nostris Gallis utraque rostri pars eiusdem fere semper coloris est: quare forte extremitates intellexerint, quae quandoque ad nigredinem vergunt. Carnem illam, quae rostrum undique cingit, nonnulli mentum vocant, Columella²⁵⁴ vero etiam genam. Longiores caeteris plumae aliae collum in Gallo, et cervicem undique ambiunt. Has Columella²⁵⁵ apposito quidem vocabulo iubas appellabat. Sunt enim iubae crines animalium a collo dependentes, in quibus videntur aliquod robur

che la traduce con *cresta*. Questa infatti se ne sta eretta sulla sommità della testa: i *kállaiia* o bargigli penzolano dalle guance da ambo i lati. D'altra parte si pensa che i *kállaiia* - bargigli - vengono così chiamati a causa del loro colore purpureo e brillante. Infatti i Greci chiamano *kállē* - le bellezze - i colori brillanti, *τὰ ἀνθή των βαμμάτων* - gli splendori delle tinte, come Ammonio di Alessandria* interpreta nella sua opera sulle differenze delle parole, e nello stesso trattato *kállaiia, τοὺς των ἀλεκτρούων πῶγωνας* - i bargigli, le barbe dei galli. L'Ornitologo presume che il vocabolo latino *palea* è stato tratto dai Greci, e precisamente col cambiamento della κ in π e togliendo un λ. In Guarino* al posto di *kállaiia* si legge *kállaiioi* con il significato di barba del gallo e di ogni colore purpureo, o secondo altri variegato: e in un altro punto riporta *kálea* per la stessa barba e sempre lui afferma che secondo Elio Dionisio* quella parola significa le penne che hanno sulla coda.

Gli Italiani, ricorrendo a un antico vocabolo di Tolosa, chiama becco* il rostro di tutti gli uccelli, nonostante, come testimonia Svetonio*, avesse specificamente il significato di becco di un pollo: infatti è robusto in ambedue i sessi e adunco nella porzione superiore, per lo più di colore corneo. Per Esichio* e Guarino nonché per tutti i Greci *κόραξ* ora significa corvo, ora la porzione superiore del becco dei polli, certamente per il colore nero che i Greci dicono *κορὸν*: ma nei nostri galli ambedue le componenti del becco sono quasi sempre dello stesso colore: per cui forse avranno inteso gli apici, che talora tendono al nero. Quella carne che cinge il becco tutt'intorno alcuni la chiamano mento, Columella in verità la chiama anche guancia. Nel gallo altre piume più lunghe delle altre cingono tutt'intorno il collo e la nuca. Columella le chiamava con vocabolo appropriato *iubae* - criniere. Infatti le criniere sono le chiome degli animali che pendono dal collo, nelle

²⁴⁹ *On the Similarities and Differences of Words* (ed. by L. C. Valckenaer, sec. ed., Leipzig, 1822). (Lind, 1963)

²⁵⁰ Aelius Dionysius, *Aelii Dionysii et Pausaniae Atticistarum Fragmenta* (ed. by E. Schwabe, Leipzig, 1890). (Lind, 1963)

²⁵¹ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 405: Κάλεα (malim κάλλαια) barbae gallinaceorum, et pennae in caudis eorum secundum Aelium Dionysium, Varinus in Θρόνα.

²⁵² *Vitellius*, 18: Perit cum fratre et filio anno vitae septimo quinquagesimo; nec fefellit coniectura eorum qui augurio, quod factum ei Viennae ostendimus, non aliud portendi praedixerant, quam venturum in alicuius Gallicani hominis potestatem; siquidem ab Antonio Primo adversarum partium duce oppressus est, cum Tolosae nato cognomen in pueritia Becco fuerat; id valet gallinacei rostrum. - Così riporta l'Etimologico di Cortelazzo-Zolli (Zanichelli, 1984) alla voce BECCO: Lat. *beccu(m)*, vc. di orig. gall. (**bukko*: di provenienza germ.?), come attesta Svetonio (*cui Tolosae nato cognomen in pueritia Becco fuerat; id valet gallinacei rostrum*, Vit. 18); essa ha soppiantato in gran parte del mondo romano *rostru(m)*.

²⁵³ La fonte di questo vocabolo è senz'altro Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 405: Κόραξ, corvus, et summa gallinaceorum rostra, a colore nigro quem Graeci κορὸν dicunt, Hesychius et Varinus. - Esiste κόρος, che significa sazietà, stanchezza, insolenza, altezzosità, disdegno, figlio, rampollo, pollone, virgulto, ramo, coro, scopa. - Ma cerca che ti ricerca: finalmente si viene a capo che l'aggettivo κορός riportato dall'*Etymologicum Magnum** ha il significato di nero.

²⁵⁴ *De re rustica* VIII,5,22: Nam si pituita circumvenit oculos et iam cibos avis respuit, ferro rescinduntur genae, et coacta sub oculis sanies omnis exprimitur.

²⁵⁵ *De re rustica* VIII,2,9: [...] iubae deinde variae vel ex auro flavae, per colla cervicesque in umeros diffusae.

corporis sui agnoscere: unde Plinius²⁵⁶ *tunc praecipuam Leonis generositatem spectari*, tradit, *quum colla, armosque vestiunt iubae*. Atque ita eodem modo pugnaturi, et irati etiam explicant Gallinacei, quasi et in suis aliquid sit, quod iracundiam, et animositatem eorum demonstret.

Apicius²⁵⁷ in pullo quandam corporis partem navim vocat, *pullum a navi aperiri* iubens: putaverim autem omnino pectus ita appellare, sed nullo interim firmo argumento nixus, nisi quia mox pullum farsilem a pectore aperire iubeat. Scio tamen Humelbergium partem ventris posteriorem interpretari, quod ut navis cavus, et figura^{<e>}²⁵⁸ eius non dissimilis sit.

Cauda in hoc avium genere maribus maior est quam faeminis: praeterea binae illis sunt pennae longissimae propter teneritudinem incurvi arcus imaginem prae se ferentes, quae in faeminis non sunt: atque illud est, quod Albertus dicere voluit hisce verbis: *Gallus pennas in cauda instar semicirculi curvat, et similiter in collo, et dorso, videlicet cum irascitur, aut ad pugnam sese parat*. Plinius²⁵⁹ etiam caudam falcatam in sublime erigere Gallum dixit. ὄτραν²⁶⁰ Hesychius, et Varinus peculiariter Gallinacei caudam vocant. Pennas illas, quas Gallinis, et Capis saginandis sub cauda evellimus, quidam Germani, teste Ornithologo²⁶¹, a tali actione Mastfaederen, hoc est pennas pinguefactorias privatim nominarunt.

quali sembra di ravvisare una certa loro prestantza fisica: laonde Plinio* riferisce che *si può osservare il massimo del coraggio del leone allorquando la criniera riveste il collo e le spalle*. E così allo stesso modo anche i galli la rizzano quando stanno per combattere e sono adirati, come se anche fra le loro qualità ce ne fosse qualcuna che dimostra la loro collera e la loro combattività.

Apicio* chiama *nave* una certa parte del corpo del pollo, prescrivendo che *il pollo va aperto a cominciare dalla nave*: in verità penso che senza dubbio chiami così il petto, senza tuttavia l'appoggio di alcuna valida argomentazione eccetto il fatto che dopo prescrive che un pollo da farcire va aperto a partire dal petto. So tuttavia che Gabriel Hummelberg* la interpreta come la parte posteriore del ventre, in quanto esso è concavo come una nave, e non è dissimile dalla sua forma.

In questo genere di uccelli la coda è maggiore nei maschi che nelle femmine: inoltre essi hanno due penne lunghissime - una per lato, le falciformi maggiori -, che non sono presenti nelle femmine, che a causa della morbidezza mostrano la forma di un arco ricurvo: ed è quello che Alberto* ha voluto dire con queste parole: *Il gallo piega le penne della coda a semicerchio, e in modo simile sul collo e sul dorso, senza dubbio quando va in collera oppure si prepara per un combattimento*. Plinio ha detto che il gallo solleva verso l'alto anche la coda ricurva come una falce. Esichio e Guarino chiamano specificamente *ótran* la coda del gallo. Quelle penne che strappiamo via da sotto la coda alle galline e ai capponi che debbono essere ingrassati, alcuni Tedeschi, testimone l'Ornitologo, in base a tale finalità le hanno chiamate in modo specifico *Mastfaederen*, cioè penne dell'ingrasso.

²⁵⁶ *Naturalis historia* VIII,42: Leoni praecipua generositas tunc, cum colla armosque vestiunt iubae; [...]

²⁵⁷ *De re coquinaria* VI,9,2: Pullum Parthicum: pullum aperies a navi et in quadrato ornas. Teres piper, ligusticum, carei modicum; suffunde liquamen; vino temperas. - VI,9,5: Pullum laseratum: pullum aperies a navi, lavabis, ornabis et Cumana ponis. - VI,9,14. Pullus farsilis: pullum sicuti liquaminatum a cervice expedis. teres piper, ligusticum, gingiber, pulpam caesam, alicam elixam, teres cerebellum ex iure coctum, ova confringis et commiscis, ut unum corpus efficias. liquamine temperas et oleum modice mittis, piper integrum, nucleos abundantes. fac impensam et imple pullum vel porcellum, ita ut laxamentum habeat. Similiter in capo facies. ossibus eiectis coques. - VI,9,15. «Pullus leucozomus». accipies pullum et ornas ut supra. aperies illum a pectore. [pullus leucozomus] accipiat aquam et oleum Spanum abundans. agitur ut ex se ambulet et humorem consumat. postea, cum coctus fuerit, quodcumque porri remanserit inde levas. piper aspargis et inferes.

²⁵⁸ La citazione suona nello stesso modo ed è tratta da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 405: Sed Humelbergius partem posteriorem ventris interpretatur: qui ut navis cavus, et figurae eius non dissimilis sit.

²⁵⁹ *Naturalis historia* X,47: Et plebs tamen aequae superba graditur ardua cervice, cristis celsa, caelumque sola volucrum aspicit crebra, in sublime caudam quoque falcatam erigens. Itaque terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis. - Tuttavia anche il popolo, ugualmente superbo, cammina a testa alta, con la cresta eretta, e [il gallo] è il solo fra gli uccelli a guardare spesso il cielo, alzando verso l'alto anche la coda ricurva come una falce. Pertanto incutono terrore anche ai leoni che sono i più coraggiosi tra le fiere.

²⁶⁰ La fonte assai telegrafica è Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 405: Ótra, gallinacei cauda, Hesych. et Varinus. - Vocabolo assente nei lessici.

²⁶¹ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 405: Plumas sub cauda quae gallinis aut capis saginandis evelli solent, aliqui privatim nominant mastfaederen.

Armantur calcari mares potissimum, ut scripsit Aristoteles²⁶², et faeminae magna ex parte ea non habent. In maribus in magnam molem quandoque excrescunt, quales illi sunt, quos post depingeremus.

Soprattutto i maschi sono armati di sperone, come scrisse Aristotele, e le femmine per lo più non li posseggono. Talora nei maschi crescono fino a raggiungere grandi dimensioni, come sono quei maschi che poi rappresenteremo.

Pagina 197

[197] Obscurus quidam de natura rerum huiusmodi spicula, seu calcaria in Gallinis errore potius, quam opere naturae quandoque dari tradit: verum quamvis mihi raro Gallinas calcaribus praeditas {videri} <videre> contigerit, tamen Aristoteles²⁶³ id affirmat ita scribens: *Gallinae cum mares vicerint, cucu<r>riunt: cristaque etiam, caudaque erigitur, ita ne facile praeterea sit, an faeminae sint, cognoscere: nonnunquam etiam calcaria parva iis enascuntur.* Et Iulius Alexandrinus²⁶⁴, nescio nunquid ex propria observatione, an potius Aristotelis autoritate super hac re ita scribit: Quid? an non Aristotelem authorem habemus, vidimusque partim aliquando ipsi idem nos, Gallinas, quae maris animum induissent, experta semel de Gallis victoria, supervenire mares coitu solitas, irritum quidem conatu, sed solitas tamen: et quod dicta in primis nostra confirmat, atque author idem est, crista, caudaque Gallorum in morem erecta visas, tanta marium similitudine, ut discernere non facile fuerit. Iisdem observatum parva quoque nata calcaria quaedam locis suis. Haec ille. Aristoteles²⁶⁵ *naturam arbitratur calcaria addidisse in avium genere iis, quae ob corporis molem sunt ad volandum minus idoneae.* Sed haec propositio, quod pace tanti viri dixerim, quo minus vera sit, Gallopavo, Otis, ac id genus aves aliae ostendunt, quae licet ad volandum aequae ineptae sint, calcaribus nihilominus carent. Calcaria cum ab aliis Atticis, tum potissimum ab Aristotele $\pi\lambda\eta\kappa\tau\rho\alpha$ appellantur: Dorice $\pi\lambda\tilde{\alpha}\kappa\tau\rho\alpha$, communiter $\kappa\acute{\epsilon}\nu\tau\rho\alpha$.

Un naturalista sconosciuto riferisce che nelle galline tali formazioni acuminatae, o speroni, sono talora presenti più per errore che per opera della natura: in verità, nonostante mi sia successo raramente di osservare galline fornite di speroni*, tuttavia Aristotele* lo afferma scrivendo così: *Le galline, allorché hanno avuto la meglio sui maschi, fanno chicchirichi: si drizza anche la cresta così come la coda, cosicché poi non è facile riconoscere se siano femmine: talvolta spuntano loro anche dei piccoli speroni.* E Iulius Alexandrinus*, non so se in base a una sua osservazione o piuttosto in base alla testimonianza di Aristotele, scrive così: E che? Forse che non abbiamo Aristotele come testimone, e noi stessi in parte abbiamo visto qualche volta delle galline, quelle che avevano indossato l'istinto del maschio, dopo aver sperimentato la vittoria sui galli, erano solite montare i maschi nel coito, con un tentativo invero privo di successo, ma tuttavia lo facevano abitualmente: e a conferma di quello che abbiamo detto all'inizio, e lui stesso è testimone, sono state viste con la cresta e con la coda erette alla maniera dei galli, in un modo tanto simile ai maschi che non sarebbe stato facile distinguerle. In esse si sono osservati anche dei piccoli speroni che sono spuntati nella loro sede. Queste le sue parole. Aristotele pensa che *in seno al genere degli uccelli la natura ha fornito di speroni quelli che a causa della mole corporea sono meno idonei a volare.* Ma, dicendolo senza offendere un così grand'uomo, che questa affermazione non sia assolutamente vera lo dimostrano il tacchino*, l'otarda* e altri uccelli di quel tipo, i quali, sebbene siano allo stesso modo inetti al volo, ciononostante sono privi di speroni. Gli speroni, sia da altri abitanti dell'Attica*, sia soprattutto da Aristotele vengono

²⁶² La citazione è errata, ma la fonte e il diretto colpevole è Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 382: Calcar cum habeant mares, foeminae magna ex parte non habent, Aristot. - Aristotele in *Historia animalium* II 504b 7 dice solo che alcuni uccelli hanno speroni: Certi generi di uccelli hanno poi degli speroni: nessuno però possiede contemporaneamente artigli e speroni. (traduzione di Mario Vegetti)

²⁶³ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 382: Calcar cum habeant mares, foeminae magna ex parte non habent, Aristot. Et rursus, Gallinae cum mares vicerint, cucur<r>riunt. crista etiam eis caudaque erigitur, ita, ne facile praeterea sit, an foeminae sint cognoscere. nonnunquam etiam calcaria parva iis enascuntur. Galli spiculis adversis in cruribus armantur. habent et quandoque spicula gallinae: sed hoc errore potius quam opere naturae, Obscurus de nat. rerum. Natura calcar addidit in avium genere iis, quae ob corporis molem sint ad volandum minus idoneae, cuiusmodi sunt galli, Aristot. - La notizia sul comportamento delle galline quando hanno sconfitto un maschio proviene da Aristotele *Historia animalium* IX 631b 8.

²⁶⁴ Julius Alexandrinus, *De Salubritate*, XXII, 7 [*Salubrium; sive de Sanitate Tuenda*, libri 33, Cologne, 1575]. (Lind, 1963)

²⁶⁵ *Historia animalium* II 504b 7: Certi generi di uccelli hanno poi degli speroni: nessuno però possiede contemporaneamente artigli e speroni. I rapaci, dotati di artigli, fanno parte dei buoni volatori, mentre gli uccelli provvisti di speroni vanno annoverati fra quelli pesanti. (traduzione di Mario Vegetti)

Caeteras partes cum aliis plerisque avibus communes habent: Siquidem quod Plinius²⁶⁶ Gallinas probet imparibus digitis, id non de numero dicere voluisse videri posset, sed quod non debeant aequae longae esse, nisi etiam post subiungeret, *aliquando et super quatuor digitos transverso uno*: nam inde quinque digitos intellexisse, non autem calcar illud quod aliquando eis adnasci ex Aristotele diximus, aperte videmus: et Columella²⁶⁷ etiam Gallinas probat, quae quinque digitos habent, ita tamen ne cruribus emineant transversa calcaria. Quare quid de eiusmodi digitis dicam, plane ignoro: cum alioqui pedes {pentadactili} <pentadactyli> neque in avium hoc genere, nec in alio observari, nisi in monstris ex abundantia materiae videamus: qualis ille pes {pentadactilos} <pentadactylus> est, quem mihi olim nescio a quo donatum in musaeo meo reservo.

Ut vero modo quoad fieri licet breviter Gallum nostrum describamus, itaque doctissimi Angeli Politiani²⁶⁸ elegantissimos hosce versus prius citabimus.

*Comes it merito plebs caetera Regi
Formoso regi, cui vertice purpurat alto
{Factigiatus} <Fastigiatus> apex, dulcique errore
coruscae
Splendescunt cervice iubae, perque aurea colla,
Perque humeros it pulcher honos, palea ampla decenter
Albicat ex rutilo, atque torosa in pectora pendet
Barbarum in morem: stat adunca cuspide rostrum,
Exiguum spatii rostrum. Flagrantque tremendum
Ravi oculi, niveasque caput late explicat aur{e}is.
Crura pilis hirsuta rigent, in<n>cturaque nodo*

²⁶⁶ *Naturalis historia* X,156: Gallinarum generositas spectatur crista erecta, interim et gemina, pinnis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquando et super IIII digitos traverso uno. Ad rem divinam luteo rostro pedibusque purae non videntur, ad opertanea sacra nigrae. Est et pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus centra, fecunditas rara et incubatio ovis noxia. - La buona razza delle galline si riconosce dalla cresta eretta, talvolta anche doppia, dalle penne nere, dalla faccia rossa, dalle dita di differente lunghezza, talvolta anche dalla presenza di un dito disposto obliquamente oltre agli altri quattro. Per i servizi divini non sono ritenute incontaminate quelle con becco e zampe gialli, quelle nere sono adatte per i riti misterici. Fra queste vi è anche una razza di galline nane non sterile, non presente in altre specie di volatili, ma le galline dotate di speroni sono raramente feconde e il loro covare è nocivo alle uova.

²⁶⁷ *De re rustica* VIII,2,8: Sint ergo matricis robii coloris, quadratae, pectorosae, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus, et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus unguibus: generosissimaeque creduntur quae quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria. Nam quae hoc virile gerit insigne, contumax ad concubitum dedignatur admittere marem, raroque fecunda etiam cum incubat, calcis aculeis ova perfringit. - Le riproduttrici siano dunque di colore rossiccio, tarchiate, posseggano un petto largo, la testa grande, la piccola cresta dritta e rosso splendente, gli orecchioni bianchi, e sotto questo aspetto li abbiano quanto più grandi possibile, e non debbono avere le dita pari: e precisamente sono ritenute molto fertili quelle con cinque dita, ma non debbono avere speroni che sporgano di traverso sulle zampe. Infatti, quella che porta questo segno di mascolinità, resta all'accoppiamento, è sdegnosa nell'accettare il maschio, ed è raramente feconda e poi quando cova rompe le uova con gli speroni acuminati.

²⁶⁸ Angelo Poliziano, *Rusticus*, in *Prose volgari inedite e poesie latine e greche edite e inedite di Angelo Ambrogini Poliziano* (ed. by Isidoro del Lungo, Firenze, G. Barbera, 1867), verses 599-612, pp. 323-24. (Lind, 1963) - Il *Rusticus* fu composto da Poliziano nel 1483-84.

detti *pléktra*: in dorico* *pláktra*, generalmente *kéntra*.

Hanno le rimanenti parti accomunabili a quelle della maggior parte degli altri uccelli: dal momento che Plinio* apprezza le galline dalle dita impari, sembrerebbe che egli non abbia voluto riferirsi al loro numero, quanto piuttosto al fatto che non debbono essere della stessa lunghezza, senonché appena dopo aggiunge anche: *talvolta anche dalla presenza di un dito disposto obliquamente oltre agli altri quattro*: infatti da ciò possiamo chiaramente dedurre che voleva intendere cinque dita e non quello sperone che in esse, in base a quanto riferito da Aristotele, abbiamo detto talora spuntare: e Columella apprezza anche quelle galline che hanno cinque dita in modo tale che tuttavia degli speroni non sporgano di traverso sulle zampe. Per cui non so assolutamente cosa dire di tali dita: dal momento che, peraltro, possiamo constatare da un'abbondanza di dati che zampe pentadattile non si osservano* né in questo genere di uccelli né in un altro, se non nei mostri: come è quel piede pentadattilo che un giorno mi fu dato non so da chi e che conservo nel mio museo.

Per quanto è possibile, vediamo di descrivere brevemente il nostro gallo, e pertanto citeremo dapprima questi elegantissimi versi del dottissimo Angelo Poliziano*.

*Il resto della plebe cammina come sègnito del re che lo è a buon diritto
dello splendido re, al quale sul capo risplende intensamente di porpora
la cresta appuntita, e nel suo piacevole vagare
risplendono sul collo le brillanti criniere, e attraverso il collo dorato,
e attraverso le spalle si dispiega la stupenda bellezza, l'ampio bargiglio rosso è armoniosamente
soffuso di bianco, e pende sul petto muscoloso
a mo' di barbe: il becco sporge con un apice adunco,*

vix distante sedet, durus vestigia mucro
Armat: in immensum, pinnaeque, hirtique lacerti
Protenti excurrunt, duplicique horrentia vallo
Falcatae ad Caelum tolluntur acumina caudae.
Hactenus ille.

Probus vero, et laudabilis Gallus esto eiusmodi. Corpore sit procero et elato, quales in primis Varro²⁶⁹ laudat, in certamine sit pertinax, quin im<m>o qui pugnam ipse non prius auspicetur tantum, si pugnandum est, et aggredientibus aliis fortiter repugnet, verumetiam acriter sese de illis ulciscatur, et animalia, quae nocent Gallinis, non modo non pertimescat, sed pro eisdem illa oppugnet: alioqui Columella²⁷⁰ pugnaces, et rixosae libidinis Gallos improbat, quod plerumque caeteros infestent, et non patiantur inire faeminas, cum ipsi interim pluribus sufficere nequeant. Unde et alibi dicebat²⁷¹. {Mores} <Mares> autem, quamvis non ad pugnam, neque ad victoriae laudem praeparentur: maxime tamen generosi probantur, ut sint elati, alacres, vigilaces, et ad saepius canendum prompti, nec qui facile terreantur. Nam interdum resistere debent, et protegere coniugalem gregem: quin attolentem minas serpentem vel aliud noxium animal interficere. Florentinus pugnacissimos eligi vult, eosque cum usu, atque experientia, tum signis quibusdam internosci ait: sed tales ob allatam a Columella rationem potius improbantur.

Deliaci, qui Gallorum educationem praecipue

un becco di lunghezza esigua. E risplendono in modo terribile
gli occhi grigio-gialli, e la testa estesamente dispiega degli
orecchioni bianchi come la neve.
Le gambe si ergono irte di peli, e sulle gambe
con le articolazioni appena divaricate sta appollaiato: un duro
spuntone arma i pedi:
le ali e le braccia irsute quando vengono dispiegate
si allungano smisuratamente, e rese terribili da una doppia
palizzata
le punte della coda falcata vengono sollevate verso il cielo.
Fin qui le sue parole.

In verità, un gallo di buona qualità e pregiato deve essere come segue. Deve avere un corpo alto e slanciato, come quelli che in modo speciale loda Varrone*, deve essere tenace in combattimento, capace anzi non solo di dare avvio alla tenzone se bisogna ingaggiare battaglia e di respingere con forza coloro che lo attaccano, ma anche di vendicarsi nei loro confronti con accanimento, e non solo in grado di non temere gli animali che nuocciono alle galline, ma di affrontarli a loro difesa: d'altra parte Columella* disapprova i galli bellicosi e di libidine litigiosa, in quanto per lo più molestano gli altri e non permettono loro di accoppiarsi con le femmine, mentre nel contempo essi stessi non sono in grado di soddisfarne parecchie. Laonde in un altro punto diceva anche: *I maschi, anche se non vengono preparati al combattimento né alla gloria che consegue alla vittoria, vengono tuttavia giudicati di ottima qualità se sono alti, vivaci, vigili e pronti a cantare con più frequenza, e non si spaventano facilmente. Infatti talora debbono opporre resistenza e proteggere lo stuolo coniugale, fino a uccidere un serpente minaccioso o un altro animale nocivo.* Florentino* vuole che vengano selezionati quelli molto combattivi, e dice che li si riconosce sia con la pratica e l'esperienza che da alcuni elementi distintivi: ma tali soggetti vengono alquanto biasimati a causa del motivo addotto da Columella.

Gli abitanti di Delo*, che più degli altri hanno

²⁶⁹ *Rerum rusticarum* III,9,5: Gallos salaces qui animadvertunt, si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro brevi pleno acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario aut aureolo, feminibus pilosis, cruribus brevibus, unguibus longis, caudis magnis, frequentibus pinnis; item qui elati sunt ac vociferant saepe, in certamine pertinaces et qui animalia quae nocent gallinis non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis propugnent. - Bisogna scegliere galli lussuriosi, che si riconoscono se sono muscolosi, se hanno cresta rossa, becco corto, grosso e aguzzo, occhi gialli o neri, bargiglio rosso con tracce di bianco, collo screziato o color d'oro, cosce pelose, zampe corte, artigli lunghi, coda grande, piume folte; così, quelli che sono alti e cantano spesso, che sono resistenti nei combattimenti e che non solo non hanno paura degli animali nocivi alle galline, ma combattono anche in loro difesa. (traduzione di Antonio Traglia)

²⁷⁰ *De re rustica* VIII,2,14: Pumileas aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem nec propter alium reditum nimium probo, tam hercule quam nec pugnacem nec rixosae libidinis marem. Nam plerumque ceteros infestat, et non patitur inire feminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. - Le galline nane, salvo che a qualcuno piacciono le loro piccole dimensioni, non le apprezzo eccessivamente né per la loro fecondità né per un qualsivoglia altro tornaconto, così come certamente non apprezzo un maschio sia esso bellicoso che di libidine rissosa. Infatti per lo più molesta gli altri maschi e non permette loro di accoppiarsi con le femmine, quantunque non sia in grado di bastare a molte di loro.

²⁷¹ Columella *De Re Rustica*, VIII,2,11: Mares autem, quamvis non ad pugnam neque ad victoriae laudem praeparentur, maxime tamen generosi probantur, ut sint elati, alacres, vigilaces et ad saepius canendum prompti, nec qui facile terreantur. Nam interdum resistere debent et protegere coniugalem gregem, quin et attolentem minas serpentem vel aliud noxium animal interficere.

celebravere, Tanagricum genus, et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum, et Medicum (quod ab imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur) quoniam procera corpora, et animos ad praelia pertinaces requirebant; author est idem Columella²⁷².

abituamente allevato galli, apprezzavano la razza di Tanagra* e di Rodi*, e inoltre quella di Calcide* e della Media* (che dalla gente incompetente, con lo scambio di una lettera, viene detta Melica) in quanto ricercavano dei corpi di alta statura e spiriti ostinati nei combattimenti; ne è testimone lo stesso Columella.

Pagina 198

[198] Hos item M. Varro²⁷³ laudat, quod pulchri sint, et ad praeliandum inter se idonei, sed ad partus damnat, ceu aliis steriliores. Rationem Columella²⁷⁴ rejicit in corporis gravitatem, additque, inertes esse ad incubandum, multoque magis ad excludendum, et raro foetus suos educare, nimirum eorum Gallinas. Et Plinius²⁷⁵ eosdem ad bella tantum, et praelia assidua nasci tradit, iisque etiam patriam nobilitasse Rhodum, ac Tanagram: secundum esse honorem habitum Medicis, ac Chalcidicis. *Quibus itaque cordi est ea genera, inquit Columella²⁷⁶, propter corporum speciem possidere: cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus Gallinis subijciunt, {et} <ut> ab his exclusi pulli {nutriuntur} <nutriantur>.* Et mox omnium horum nothos pullos optimos esse ait, quoniam paternam speciem gerant, et salacitatem, foecunditatemque vernaculam retineant.

Anche Marco Varrone* ne tesse le lodi, in quanto sono belli e abili nel combattere tra loro, ma li biasima dal punto di vista della prole, in quanto sono più sterili degli altri. Columella* attribuisce il motivo alla pesantezza del corpo e aggiunge che sono inette all'incubazione e molto di più nel far schiudere le uova, e che raramente allevano i loro piccoli, ovviamente si tratta delle loro galline. E Plinio* riferisce che essi nascono soltanto per le lotte e i frequenti combattimenti, e che grazie a essi hanno nobilitato anche la loro patria, Rodi* e Tanagra*: il secondo posto è stato conseguito da quelli della Media* e di Calcide*. Columella dice: *Pertanto, coloro ai quali sta a cuore il possedere tali razze per la bellezza del loro corpo, quando hanno raccolto le uova delle galline di razza, le mettono sotto alle galline comuni, in modo che i neonati vengano allevati da queste.* E subito dopo dice che gli ibridi di tutte queste razze sono degli ottimi rampolli, in quanto sono dotati dell'aspetto paterno, e conservano la salacità e la fecondità della razza nostrana.

Sed ut ad vernaculum genus revertamur, et ut omissis illo Graecorum studio, qui ferocissimum quemque alitem certaminibus, et pugnae praeparabant, industriam patrumfamilias doceamus, qui ex eo vectigal suum adaugeat: itaque ex eiusdem Columellae²⁷⁷ et Varronis

Ma torniamo alla razza nostrana, e lasciamo da parte quella passione dei Greci che preparavano per le battaglie e il combattimento tutti i volatili più aggressivi, al fine dare degli insegnamenti all'operoso capofamiglia in modo che con tale razza possa aumentare il proprio reddito: pertanto in base ai

²⁷² *De Re Rustica*, VIII,2,4: Huius igitur villatici generis non spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Graecorum et praecipue celebravere Deliaci. Sed et hi, quoniam procera corpora et animos ad proelia pertinacis requirebant, praecipue Tanagricum genus et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et Medicum, quod ab imperito vulgo littera mutata Melicum appellatur.

²⁷³ *Rerum rusticarum*, III,9,6 Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos et Melicos et Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri et ad proeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores.

²⁷⁴ *De Re Rustica*, VIII: (2,12-13) Talibus autem maribus quinae singulis feminae comparantur. Nam Rhodii generis aut Medici propter gravitatem neque patres nimis salaces nec fecundae matres, quae tamen ternae singulis maritantur. Et cum pauca ova posuerunt, inertes ad incubandum multoque magis ad excludendum, raro fetus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus gallinis subijciunt, ut ab his excusi pulli nutriantur. (2,13) Tanagrici plerumque Rhodiis et Medicis amplitudine pares non multum moribus a vernaculis distant, sicut et Chalcidici. Omnium tamen horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt, et salacitatem fecunditatemque vernaculam retinent. [13] Tanagrici plerumque Rhodiis et Medicis amplitudine pares non multum moribus a vernaculis distant, sicut et Chalcidici. Omnium tamen horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt, et salacitatem fecunditatemque vernaculam retinent.

²⁷⁵ *Naturalis historia* X,48: Iam ex his quidam ad bella tantum et proelia assidua nascuntur - quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram; secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis -, ut plane dignae aliti tantum honoris perhibeat Romana purpura.

²⁷⁶ *De Re Rustica*, VIII,2,12: Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus gallinis subijciunt, ut ab his excusi pulli nutriantur.

²⁷⁷ *De Re Rustica*, VIII,2,9-10: [9] Gallinaceos mares nisi salacissimos habere non expedit. Atque in his quoque sicut feminis idem color, idem numerus unguium, status altior quaeritur; sublimes sanguinaeque nec obliquae cristae, ravidus vel nigrans oculi, brevia

potissimum praescripto illi omnino authores sumus, ut nisi salacissimos Gallinaceos alat, atque in his quoque, uti {etiam}²⁷⁸ in faeminis, {quibus} idem color, idemque unguium numerus {est}, et status altior. Cristas habeant sublimes, sanguineas, nec {oblongas} <obliquas>: oculos ramos sive nigros: rostrum breve, et aduncum, non autem acutum, ut Varro²⁷⁹ praecipit: paleas ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent: aures maximas, candidissimasque: collum varium, et aureolum: iubas varias, vel ex auro flavas, per colla, cervicemque in humeros diffusas; pectus latum, musculosum, ac lacertosum: alas procerissimas; caudam duplici ordine singulis utrinque prominentibus pinnis inflexam: crura robusta, breviuscula, sed solidis spiculis egregie armata: ungues longos. Qui eiusmodi Gallina<c>tus fuerit, haud dubio genus suum cohortale insigniter promovebit, eoque magis, si Gallinas etiam ad foeturam foecundissimas sibi comparet. Tales autem fere sunt fuscis, aut rubicundis, flavis, aureisque, aut etiam nigris plumis.

Sint²⁸⁰, si fieri potest, omnes eiusmodi, sin minus, ab his proxime colores eligantur.

precetti di Columella e di Varrone gli siamo del tutto garanti che non deve allevare galli se non estremamente lussuriosi che debbono avere la stessa colorazione e lo stesso numero di dita come le femmine, e una statura piuttosto elevata. Debbono avere le creste alte e sanguigne e non debbono essere inclinate: gli occhi giallo-grigiastri o nerastri: il becco corto e adunco, ma non aguzzo come consiglia Varrone: i bargigli rossi soffusi di bianco che pendono come le barbe di persone attempate: gli orecchioni grandissimi e candidissimi: il collo variegato e leggermente dorato: le piume della mantellina debbono essere policrome o giallo oro, sparse dal collo e dalla nuca fino alle spalle; il petto largo e muscoloso e robusto: le ali lunghissime; la coda ricurva con un duplice ordine di singole penne che sporgono da ambo i lati: le zampe robuste, piuttosto corte, ma perfettamente armate di solide formazioni acuminate: le dita lunghe. Chi si imbatte in un gallo siffatto, senza dubbio alcuno migliorerà notevolmente la sua razza da cortile, e ancor di più se si procura anche delle galline molto prolifiche. Orbene, per lo più sono tali quelle che hanno le piume scure, oppure rosse, bionde e dorate, o anche nere.

Se possibile, siano tutte così, altrimenti tra esse vengano scelte le colorazioni che più si avvicinano.

et adunca rostra, maximae candidissimaeque aures, paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent; iubae deinde variae vel ex auro flavae, per colla cervicesque in umeros diffusae; [10] tum lata et muscolosa pectora, lacertosaeque similes brachii alae; tum procerissimae caudae duplici ordine singulis utrimque prominentibus pinnis inflexae; quin etiam vasta femina et frequenter horrentibus plumis hirta, robusta crura nec longa sed infestis velut sudibus nocenter armata - Non conviene avere dei galli se essi non sono estremamente lussuriosi. Anche loro debbono avere lo stesso colore come detto per le femmine, lo stesso numero di dita, ed è richiesta una statura maggiore; la loro cresta deve essere eretta e sanguigna e non inclinata, gli occhi giallogrigiastri o neri, becco corto e arcuato, orecchioni grandissimi e candidissimi, i bargigli rossi soffusi di bianco che pendono come le barbe di persone attempate; inoltre le piume della mantellina debbono essere policrome o giallo oro, sparse dal collo e dalla nuca fino alle spalle; [10] poi petto largo e muscoloso, ali robuste e simili a braccia; code lunghissime e ricurve con un doppio ordine di penne che sporgono da ambo i lati; devono anche avere cosce grosse e irte, spesso, per le piume che si rizzano; le gambe devono essere forti, ma non lunghe, e armate minacciosamente quasi di spunzoni pronti all'offesa. (traduzione di Rosa Calzecchi Onesti, adattata da Elio Corti)

²⁷⁸ Questo *etiam* è di troppo: non è presente in Columella e neppure in Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 385-386: Gallinaceos mares nisi salacissimos habere non [386] expedit, atque in his quoque sicut in foeminis, idem color, idemque numerus unguium: status altior quaeritur, Columel. - Si eliminano anche *quibus* e *est*, altrimenti la traduzione diventerebbe impresa da funamboli.

²⁷⁹ *Rerum rusticarum* III,9,5: Gallos salaces qui animadvertunt, si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro brevi pleno acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario aut aureolo, feminibus pilosis, cruribus brevibus, unguibus longis, caudis magnis, frequentibus pinnis; item qui elati sunt ac vociferant saepe, in certamine pertinaces et qui animalia quae nocent gallinis non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis propugnent. - Bisogna scegliere galli lussuriosi, che si riconoscono se sono muscolosi, se hanno cresta rossa, becco corto, grosso e aguzzo, occhi gialli o neri, bargiglio rosso con tracce di bianco, collo screziato o color d'oro, cosce pelose, zampe corte, artigli lunghi, coda grande, piume folte; così, quelli che sono alti e cantano spesso, che sono resistenti nei combattimenti e che non solo non hanno paura degli animali nocivi alle galline, ma combattono anche in loro difesa. (traduzione di Antonio Traglia)

²⁸⁰ Columella, *De re rustica* VIII,2,7: Parandi autem modus est ducentorum capitum, quae pastoris unius curam distendant, dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiatorum animalium diripiantur. Mercari porro nisi fecundissimas aves non expedit. Eae sint rubicundae vel infuscae plumae nigrisque pinnis, ac si fieri poterit, omnes huius et ab hoc proximi coloris eligantur. Sin aliter, vitentur albae, quae fere cum sint molles ac minus vivaces, tum ne fecundae quidem facile reperiuntur, atque etiam conspicuae propter insigne candoris ab accipitribus et aquilis saepius abripiuntur. - La quantità da procurarsi è di duecento capi, i quali occupino interamente l'impegno di un solo custode, purché tuttavia venga impiegata una vecchia attenta oppure un fanciullo quale custode dei soggetti errabondi, affinché non vengano sottratti dalle insidie degli uomini o degli animali. Inoltre non conviene comperare volatili se non fecondissimi. Questi volatili debbono avere piume rosse o nerastre, e le penne nere, e se sarà possibile vengano scelti tutti di questo colore o di un colore molto simile. Se non è possibile fare altrimenti,

Improbantur albae, et damnatur, quod plerunque molles sint, ac minus vivaces, tum ne foecundae quidem tales facile reperiuntur. Sunt praeterea quia candore suo conspicuae avium rapacium, Aquilarum, Accipitrum, Milvorumque praedis magis, quam aliae expositae. Sint igitur matricis coloris probati, robusto corpore, ac pectore, magnis capitibus, rectis rutilisque cristis, et interdum geminis, auribus albis, et sub hac specie quam amplissimae, unguibus imparibus²⁸¹. *Generosissimae*, inquit Columella²⁸², *habentur, quae quinos habent digitos, sed ita, ne cruribus emineant transversa calcaria*; quod Plinius etiam testatur, cuius verba paulo ante citavimus, ubi nostro aevo eiusmodi Gallinas haud dari diximus: cur vero tales Gallinae, quibus nempe calcaria transversa eminent, vitentur, Columella rationem hanc adiungit, quod id virile signum sit, illae vero ad concubitum contumaces, dedignentur admittere marem, raroque etiam foecundae sint, denique cum incubant, calcis aculeis ova perfri<n>gant.

Aristoteles, Pliniusque Hadrianas in primis celebrant, quod multa admodum pariant: qua de re supra²⁸³ satis superque disputatum est. Idem Aristoteles²⁸⁴ vulgares Gallinas generosis

Quelle bianche vengono disapprovate e rifiutate in quanto sono spesso deboli e meno longeve, ma neppure è facile trovarne che siano prolifiche. Inoltre, poiché a causa del loro candore sono individuabili, più delle altre sono esposte a diventare prede degli uccelli rapaci, delle aquile*, dei falchi* e dei nibbi*. Le riproduttrici siano dunque del giusto colore, di corpo e di petto robusto, dalla testa grande, con la cresta dritta e rosso splendente, e talora doppia, con gli orecchioni bianchi, e sotto questo aspetto li abbiano quanto più grandi possibile, con le dita dispari: Columella dice *Sono ritenute molto fertili quelle dotate di cinque dita ma che non debbono avere speroni che sporgono di traverso sulle zampe*, cosa testimoniata anche da Plinio, le cui parole abbiamo citato poco prima, quando abbiamo detto che ai nostri tempi non si riscontrano galline siffatte: sul perché si debbano evitare tali galline dotate appunto di speroni che sporgono di traverso, Columella adduce questa motivazione: si tratta di un segno di mascolinità, restie invero all'accoppiamento sono sdegnose nell'accettare il maschio e sono anche raramente feconde, infine, quando covano, rompono le uova con gli speroni della zampa.

Aristotele e Plinio decantano in special modo le galline *Hadrianae* in quanto depongono moltissime uova: sulla qual cosa in precedenza si è dissertato in modo più che sufficiente. Lo stesso Aristotele scrive

si evitino i soggetti bianchi, i quali non solo sono per lo più deboli e meno longevi, ma neppure è facile trovarli che siano prolifici, e inoltre essendo visibili a causa della caratteristica del candore più spesso vengono rapiti dagli sparvieri e dalle aquile.

²⁸¹ A proposito della pentadattilia Columella usa l'espressione *nec paribus unguibus*. Sia Plinio che Varrone usano invece l'espressione *digitis imparibus*. O meglio, Varrone usa *imparibus digitis*, Plinio *digitis imparibus*, e si può senz'altro azzardare che la fonte di Plinio fu Varrone. Aldrovandi, che già aveva citato a pagina 197 un *imparibus digitis* tratto da Plinio, a questo punto, pur usando *unguibus* invece di *digitis*, sarebbe la volta che citasse Varrone. Ma non lo fa. Difficile spiegare questo scotoma di Aldrovandi nei confronti di Varrone, che oltretutto fu senz'altro la fonte di Plinio per quanto concerne i polli pentadattili, e la prima fonte in assoluto di questa peculiare mutazione genetica presente solo nel *Gallus domesticus*. Ecco il testo di Varrone, *Rerum rusticarum* III,9,4: Qui spectat ut ornithoboscion perfectum habeat, scilicet genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas. E quis in parando eligat oportet fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas; haec enim ad partiones sunt aptiores. - Ma ancora più difficile è spiegare il gravissimo scotoma* che Aldrovandi dimostrarono nei confronti delle cinque dita che furono esattamente raffigurate dai suoi disegnatori nei polli *pedibus pennatis* di pagina 312-313. Aldrovandi, nel descrivere questa coppia, non fa il minimo accenno alla loro pentadattilia, che oltretutto, sia dal punto di vista iconografico che genetico, corrisponde perfettamente a una pentadattilia duplicata. Si limita a dire che avevano le zampe gialle!

²⁸² *De re rustica* VIII,2,8: Sint ergo matricis robii coloris, quadratae, pectorosae, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus, et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus unguibus: generosissimaeque creduntur quae quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria. Nam quae hoc virile gerit insigne, contumax ad concubitum dedignantur admittere marem, raroque fecunda etiam cum incubat, calcis aculeis ova perfringit. - Le riproduttrici siano dunque di colore rossiccio, tarchiate, posseggano un petto largo, la testa grande, la piccola cresta dritta e rosso splendente, gli orecchioni bianchi, e sotto questo aspetto li abbiano quanto più grandi possibile, e non debbono avere le dita pari: e precisamente sono ritenute molto fertili quelle con cinque dita, ma non debbono avere speroni che sporgano di traverso sulle zampe. Infatti, quella che porta questo segno di mascolinità, restia all'accoppiamento, è sdegnosa nell'accettare il maschio, ed è raramente feconda e poi quando cova rompe le uova con gli speroni della zampa.

²⁸³ A pagina 191.

²⁸⁴ *De generatione animalium* - Libro III-1 (749b-750a): Anche gli uccelli di piccole dimensioni, come talvolta anche le piccole piante, sono propensi al coito e prolifici. Ciò perché quello che servirebbe all'accrescimento del corpo diventa residuo seminale. Perciò le galline di Hadria sono molto feconde: per la piccolezza del corpo l'alimento è destinato alla deposizione delle uova. E le galline comuni sono più prolifiche di quelle di razza perché il loro corpo è più umido e massiccio, mentre quello delle altre è più magro e asciutto; l'aggressività della razza si produce più in questo tipo di corpi. Inoltre anche la sottigliezza e la debolezza delle gambe concorre a che la natura di questi uccelli sia propensa al coito e prolifica, come è per gli uomini: l'alimento destinato agli arti è volto in costoro in residuo seminale, perché ciò che la natura toglie di là, aggiunge qui. (traduzione di Diego Lanza)

foecundiores esse scribit: corpora nempe {illis} <his> humidiora, {his} <illis> sicciora haberi, in quibus animus generosus potius consistit²⁸⁵. Pumiliones Gallinas etsi vetustas²⁸⁶ cum propter alias causas improbat Columella, Plinius eas laudat, sed de hac re etiam ante diximus. Si vero cibi futuri causa eligendae sint: sunt qui illas suavioris carnis esse existimant, quae cibo non abunde eis apposito, sed quem ipsae pedibus fodientes eruant, non absque labore, pastae fuerint. Alii ad saginam aptas potissimum autumant, quae in cervice pingui cute sunt.

Ut autem in caeteris animalibus rusticis, ita in hoc avium genere, optimae servandae, et deteriores vendendae, aut mensae destinandae sunt: quod per autumnus tempus quotannis, cum fructus earum cessat, commode fiet. Nostrae etiam mulierculae eo tempore numerum minuunt. Antiqui tunc etiam omnes, quae trimatum excedunt, vendi iubent. Addo ego nunquam habendas, quae aut parum foecund<a>e, aut non bonae nutrices sunt: atque in primis quae ova vel sua, vel aliena ex<s>orbent, neque minus, quae, ut Gallus, cantare, atque calcare incipiunt. Galli vero quandiu foeminas implent, retineri possunt{,}<.> Rarior enim in hisce avibus mariti praestantia est: probantur tamen iuniores: nam et hoc experientia didici, cum trimatum excedunt, implere quidem Gallinas, sed ad Venerem impotentiores evadere. Sed istaec de externa Gallinacei generis delineatione dicta sufficient: iam videndum videtur, an ne internas aliquas partes peculiare praeceteris volucribus obtineat.

che le galline comuni sono più feconde di quelle di razza: infatti il corpo di queste è più ricco di umori, quello delle prime è più asciutto, e in questo tipo - di corpo - risiede preferibilmente il carattere di qualità. Mentre Columella per altri motivi non apprezza le galline nane anche se vecchie, Plinio le loda, ma su ciò abbiamo già parlato in precedenza. Per quanto riguarda quali siano da preferire al fine di diventare cibo: vi sono alcuni che ritengono essere di carne più gustosa quelle che saranno state nutrite non con cibo abbondantemente fornito ma con quello che dissotterrano scavando con le zampe e non senza fatica. Altri sostengono che sono soprattutto adatte a essere ingrassate quelle che presentano una pelle grassa a livello del collo.

Inoltre, come si verifica per gli altri animali di campagna, così in seno a questo tipo di volatili bisogna conservare i soggetti migliori, e vendere i peggiori, oppure destinarli alla tavola: cosa che si verificherà in modo opportuno annualmente durante la stagione autunnale, quando viene a cessare il profitto che ne deriva. Anche le nostre donne in quella stagione ne riducono il numero. È appunto allora che anche gli antichi consigliano di vendere tutte quelle che superano il terzo anno d'età. Io aggiungo che non bisogna mai tenersi quelle che sono poco feconde oppure non sono delle buone nutrici: e innanzitutto quelle che divorano le proprie uova o quelle altrui, e nondimeno quelle che cominciano a cantare e a montare come un gallo. Senza dubbio i galli possono essere conservati fintanto che fecondano le femmine. Infatti in questi volatili la prestanza sessuale maschile è piuttosto scarsa: tuttavia i più giovani sono giudicati favorevolmente: del resto con l'esperienza ho imparato anche quanto segue, che quando superano i tre anni d'età fecondano sì le galline, ma risultano un po' impotenti dal punto di vista sessuale. Ma siano sufficienti queste cose che abbiamo detto a proposito delle caratteristiche esterne del razza dei gallinacci: adesso sembra opportuno esaminare se possiede alcune parti interne peculiari rispetto agli altri uccelli.

²⁸⁵ A mio avviso Aldrovandi ha scambiato di posizione *illis* e *his*, salvo voler attribuire a questi due pronomi un significato opposto a quello che abitualmente posseggono. Infatti in base al testo di Aristotele - tradotto da Diego Lanza - dovrebbe essere il corpo delle galline di razza - le cosiddette *generosae* - a essere più umido, mentre il corpo delle galline *vulgares* dovrebbe essere più asciutto. Se poi passiamo a considerare il corpo miniaturizzato delle galline di Hadria, più piccole delle *vulgares*, vediamo che le prime - *illae*, quelle di Hadria - hanno un soma quasi liofilizzato a forza di trasformare l'alimento in residuo seminale per poter deporre uova su uova. Insomma, dal punto di vista sessuale e riproduttivo il concetto di Aristotele potrebbe essere reso con una massima genovese, riferita però al sesso maschile: *Omu picin, tiitu belin. Omu grande, tiitu miande*. Cioè: Uomo piccolo, tutto pene. Uomo grande, tutto mutande. Mi scuso per eventuali inesattezze grafiche del dialetto genovese, che non ho mai trascritto.

Quinim<m>o Columella⁵⁰³ author est, ab aestivo solstitio bonam pullationem non haberi, quod ab eo tempore, etsi facilem educationem habeant, iustum tamen non capiunt incrementum, probandam itaque aestivam educationem. Et Longolius pullos maturos dici posse putat primo vere exclusos: serotinos vero qui serius {a}eduntur, quos patria lingua autumnales vocari asserit, eos aut sub veris initio necdum parere, quemadmodum quos maturos vocat; quamobrem, inquit {;}<, > non ad pullationem, sed ad veru aluntur. Alibi⁵⁰⁴ etiam Columella post Octobrem supervacua incubationis curam esse scribit, quoniam frigoribus exclusi pulli plerunque intereant. Plinius⁵⁰⁵ tamen ad Calendas Novembris usque tempus extendit, et terna dena etiam supponi iubet, sed ab eo die vetat donec bruma conficiatur: admittit denique hyemalem incubationem, sed pauciora tunc incubari cupit, non tamen infra novena. Incubent itaque Gallinae quoties glociunt, et Gallinarii sit exclusos frigore pullos loco calidiori enutrire.

Porro et Lunae ratio habenda est in suppositione. Nam in defectu illius prohibetur; et dum nova est, ut Plinius monet, vel saltem dum crescit, hoc est, a novilunio usque ad decimam quartam diem, laudatur. Ova enim ante novilunium subiecta, Varro⁵⁰⁶, et Plinius⁵⁰⁷ non succedere inquit, hoc est non producere pullos, Florentinus tabescere, et corrumpi, eo quod a plenilunio usque ad novilunium evanescant, ut in conchiliis etiam observamus, et e contrario omnia a novilunio usque ad plenilunium repleantur, et humectentur. Columella⁵⁰⁸ semper quidem considerari vult, ut luna crescente supponantur, verum nisi a decima, postquam creverit, die usque ad quintadecimam: idque Palladius⁵⁰⁹ comprobat, et Tragus a mulierculis in Germania etiamnum

partire dal solstizio d'estate non si ottiene una buona produzione di pulcini, in quanto a partire da quel momento, anche se vengono facilmente allevati, tuttavia essi non acquisiscono una corretta crescita, e che pertanto va ritenuto giusto l'allevamento che si svolge in estate. Anche Longolio* ritiene che possano essere detti pulcini maturi quelli nati all'inizio della primavera: ma quelli tardivi che nascono più tardi, che egli asserisce essere chiamati autunnali nella lingua della sua patria, dice che non depongono ancora all'inizio della primavera, come invece fanno quelli che egli chiama maturi; per tale motivo, dice, vengono allevati non a scopo riproduttivo, ma per lo spiedo. In un altro punto anche Columella scrive che il dedicarsi all'incubazione dopo il mese di ottobre è inutile, in quanto per lo più i pulcini nati nei periodi freddi muoiono. Tuttavia Plinio prolunga il periodo fino alle calende di novembre, e prescrive che se ne mettano a cova anche tredici per volta, ma lo proibisce a partire da quella data fintanto che l'inverno non sia finito: e da ultimo concede l'incubazione invernale, ma desidera che in questo periodo ne vengano incubate in numero minore, tuttavia non meno di nove alla volta. Pertanto le galline covino tutte le volte che fanno la voce da chiochia, e sia cura dell'addetto al pollaio di allevare i pulcini nati al freddo in un posto più caldo.

Inoltre nel mettere le uova a covare bisogna tener conto anche della luna. Infatti durante la sua assenza è vietato, e quando è nuova, come raccomanda Plinio, o perlomeno mentre sta crescendo, cioè dal novilunio fino al quattordicesimo giorno, viene pienamente approvato. Infatti le uova messe a cova prima del novilunio, Varrone e Plinio dicono che non hanno successo, cioè non producono pulcini, Florentino dice che si liquefanno e si guastano, in quanto dal plenilunio fino al novilunio svaporano, come osserviamo anche nei molluschi dotati di conchiglia, e al contrario tutte quante a partire dal novilunio fino al plenilunio si riempiono e si inumidiscono. Infatti Columella vuole che si badi sempre a che vengano messe a cova con la luna crescente, e in verità solo a partire dal decimo giorno da quando avrà cominciato a crescere fino al quindicesimo: ciò lo conferma anche Palladio*, e Tragus

⁵⁰³ *De re rustica* VIII,5,9: Plerique tamen etiam ab aestivo solstitio non putant bonam pullationem, quod ab eo tempore, etiam si facile educationem habent, iustum tamen non capiunt incrementum. Verum suburbanis locis, ubi a matre pulli non exiguis pretiis veneunt, probanda est aestiva educatio.

⁵⁰⁴ *De re rustica* VIII,5,8: Postea supervacua est huius rei cura, quod frigoribus exclusi pulli plerumque intereunt.

⁵⁰⁵ *Naturalis historia* XVIII,231: A kal. Novemb. gallinis ova supponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum diem ternadena subicito aestate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena.

⁵⁰⁶ *Rerum rusticarum* III,9,16: Incubare oportet incipere secundum novam lunam, quod fere quae ante, pleraque non succedunt.

⁵⁰⁷ *Naturalis historia* X,152: Incubationi datur initium post novam lunam, quia prius inchoata non proveniant.

⁵⁰⁸ *De re rustica* VIII,5,9: Semper autem cum supponuntur ova, considerari debet ut luna crescente ab decima usque ad quintam decimam id fiat.

⁵⁰⁹ *Opus Agriculturae* libro I, XXVII (*De gallinis*): Supponenda sunt his semper ova numero impari, luna crescente, a decima usque in quintadecimam.

observari scribit. Ex huiusmodi autem suppositione eam utilitatem dimanare inquit, quod pulli in [224] crescente iterum luna excludantur: et revera hic incubandi modus satis laudari nequit, dignus ut ab omnibus instituat.

- Hieronymus Bock* - scrive che tuttora in Germania ciò viene rispettato dalle donne di campagna. Infatti dice che da un siffatto modo di mettere a cova ne deriva un vantaggio, in quanto i pulcini si schiudono quando la luna è di nuovo crescente: ed effettivamente questo metodo di incubazione non può essere lodato a sufficienza, degno di essere introdotto da parte di tutti.

Pagina 224

Hiscæ itaque omnibus sedulo observatis, Gallinas includere oportet, ut tam interdium quam noctu, ac in summa semper incubent, nisi dum cibus potusque exhibendus est. Id autem fiat mane, et vespere. *Cum volumus*, inquit Florentinus⁵¹⁰, *ut ovis Gallinae incubent, stramen nitidum est substernendum, et in eo imponendus ferreus clavus: quod is videatur vim habere quodvis vitium propulsandi*. Erant autem veteres in supponendis ovis admodum diligentes, ne dicam superstitiosi, ut ex hoc Columellae⁵¹¹ cuiusvis, ni fallor, constet. *Supponendi consuetudo*, inquit, *tradita est ab iis, qui religiosius haec administrant, huiusmodi. Primum quam secretissima cubilia eligunt, ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur: deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque quas substraturi sunt, sulphure, et bitumine, atque ardente teda perlustrant, et expiatis cubilibus iniiciunt, ita factis concavatis nidis, ne ab advolantibus, aut etiam desilientibus evoluta decidant ova*.

Caveat Gallinarius, ne ova multum manibus moveat. Nam venae, et humores, dum vertuntur facillime vitiantur, quod vel inde constat, quia cum Gallina in occulto incubat, ova omnia foecunda fiant: manibus vero hominum tractata plurimum corrumpantur. Conradus Heresbachius⁵¹² sibi compertum esse tradit, quassata claudos produxisse pullos. Quare curator, dum ea vertit, cum summa dexteritate id facere debet. Debet autem ea necessario vertere ex Varronis⁵¹³, et

Pertanto, dopo che tutte queste cose sono state scrupolosamente osservate, bisogna rinchiudere le galline, affinché covino tanto di giorno che di notte, insomma, sempre, se non quando si deve dar da mangiare e da bere. Ciò deve avvenire al mattino e alla sera. Florentino* dice: *Quando vogliamo che le galline covino le uova, bisogna stendere al di sotto una lettiera pulita, e bisogna collocarvi un chiodo di ferro: in quanto esso sembrerebbe avere il potere di tenere lontano qualsiasi effetto negativo*. Infatti gli antichi erano oltremodo diligenti nel mettere le uova a covare, per non dire superstiziosi, come può risultare a chiunque, se non mi sbaglio, da questo brano di Columella*. *Il metodo di mettere a covare le uova, egli dice, è stato tramandato nel seguente modo da coloro che gestiscono queste cose con maggior scrupolosità. In primo luogo scelgono nidi il più possibile appartati affinché le chioce che stanno covando non vengano disturbate da altri volatili: quindi, prima di ricoprire i nidi, li ripuliscono con diligenza, e purificano con zolfo*, con bitume* e con una fiaccola accesa la paglia che stenderanno sotto, e dopo averla purificata la mettono nei nidi, nidi resi concavi in modo tale che le uova rotolando non cadano fuori quando le chioce vi volano sopra oppure saltano giù*.

L'addetto al pollaio faccia attenzione di non scuotere troppo le uova con le mani. Infatti le vene e i liquidi, mentre vengono rigirate, si alterano con estrema facilità, cosa che risulta evidente anche dal fatto che quando una gallina cova in un luogo nascosto, tutte le uova risultano feconde: infatti se trattate dalle mani degli esseri umani si altererebbero moltissimo. Conrad Heresbach* riferisce di aver potuto accertare che le uova che erano state scosse avevano prodotto dei pulcini zoppi. Per cui l'addetto, quando le rigira, deve farlo con estrema destrezza. Deve poi necessariamente rigirarle secondo

⁵¹⁰ Confronta anche Plinio *Naturalis historia* X,152: Incubationi datur initium post novam lunam, quia prius inchoata non proveniant. Celerius excluduntur calidis diebus; ideo aestate undevicensimo educunt fetum, hieme XXV. Si incubitu tonuit, ova pereunt; et accipitris audita voce vitiantur. Remedium contra tonitrus clavus ferreus sub stramine ovorum positus aut terra ex aratro. - Columella *De re rustica* VIII,5,12: Plurimi etiam infra cubilium stramenta graminis aliquid et ramulos lauri nec minus alii capita cum clavis ferreis subiciunt. Quae cuncta remedio creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitiantur ova pullique semiformes interimuntur, antequam toti partibus suis consummentur.

⁵¹¹ *De re rustica* VIII,5,11: Subponendi autem consuetudo tradita est ab his qui religiosius haec administrant eiusmodi: primum quam secretissima cubilia legunt, ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur; deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque, quas substraturi sunt, sulphure et bitumine atque ardente teda perlustrant et expiatis cubilibus iniiciunt, ita factis concavatis nidis, ne advolantibus aut etiam desilientibus decidant ova.

⁵¹² *De Re Rustica* - libro IV.

⁵¹³ *Rerum rusticarum* III,9,11: Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot ac vertere ova, ut acquabiliter concalefiant.

{Columellae⁵¹⁴} <Florentini> praecepto, ut aequaliter concalefiant.

Substramen⁵¹⁵ saepius tollat, et recens aliud subijciat, alioqui ex acere veteri pulices oriuntur, et caetera huiusmodi animalcula, quae Gallinam conquiescere non patiuntur: ob quam rem ova aut inaequaliter maturescunt, aut consenescent. Columella⁵¹⁶ monet, ut cibus iuxta ponatur, ut saturae studiosius nidis immorentur, neve longius evagantes ova refrigerent: quare commode seorsim ab aliis recludentur. Curabit etiam omnino, si aliquae nolint ascendere ultro, ut ad incubandi munus redeant, coactae etiam, si necessitas urgebit, item si quae unguibus earum laesa, vel {pacta} <fracta⁵¹⁷> sunt, ova removeat.

Die undevigesimo animadvertat, an pulli rostellis ova pertuderint, et auscultet, an pipiant. Nam saepe propter crassitiam putaminum erumpere nequeunt. Itaque haerentes pullos manu eximito, et matri fovendos subijcito, idque non amplius triduo. Nam quae post illum diem silent ova animalibus carent, quare et removenda sunt, ne Gallina diutius incubans inani spe pullorum detenta, effoeta reddatur. Mirabile magnum, quia non plane comprehenditur, inquit Petrus Gregorius, virtus, et omnipotentia Dei, quia pullus intra ovi corticem conclusus, antequam putamen effringat, pipiat ales factus intra conclusus post undevigesimum diem ab incubitu Gallinae in ova.

l'insegnamento di Varrone* e di Florentino, affinché si riscaldino in modo uniforme.

Deve rimuovere piuttosto spesso la lettiera e metterla sotto un'altra nuova, altrimenti dalla pula vecchia si originano delle pulci e altri animaletti consimili che non permettono alla gallina di stare tranquilla: per tale motivo le uova o maturano in modo non uniforme, oppure invecchiano. Columella raccomanda che il cibo venga posto accanto, affinché satolle se ne stiano nei nidi con maggior diligenza, e affinché non raffreddino le uova quando se ne vanno in giro un po' troppo lontano: motivo per cui sarà opportuno che vengano rinchiusi separatamente dalle altre. Dovrà anche porre estrema attenzione che, se alcune non volessero salire nel nido spontaneamente, facciano ritorno alla mansione della cova, anche costringendole se la necessità sarà incalzante, e allo stesso tempo se qualche uovo è stato lesa dalle loro unghie, oppure è stato rotto, deve toglierlo.

Al 19° giorno ponga attenzione se i pulcini hanno colpito l'uovo col beccuccio, e stia in ascolto per sentire se pigolano. Infatti spesso a causa dello spessore dei gusci non riescono a uscire. Quindi con la mano cavi fuori i pulcini che non riescono a liberarsi e li metta sotto alla madre perché si riscaldino, e si comporti così per non più di tre giorni di seguito. Infatti, quelle uova che dopo tale lasso di tempo sono silenziose, sono prive di essere vivente, per cui bisogna anche toglierle dal nido affinché la gallina, trattenuta troppo a lungo a covare da un'inutile speranza di pulcini, non ne esca sfiabrata. Pierre Grégoire* dice: *Una cosa meravigliosamente grande poiché non è possibile comprenderla completamente è costituita dalla forza e dall'onnipotenza di Dio, in quanto il pulcino, racchiuso dentro al guscio dell'uovo, prima di infrangere il guscio, si mette a pigolare come un uccello fatto e finito all'interno*

⁵¹⁴ Queste parole non sono presenti nel *De re rustica* di Columella. Il perché possiamo dedurlo da Gessner: il consiglio, espresso in modo così sintetico, proviene infatti da Varrone e da Florentino. Ecco il testo di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 427: Curator oportet circumire diebus interpositis aliquot, ac vertat ova, ut aequaliter concalefiant, Varro et Florentinus. - Columella dà lo stesso suggerimento, ma in modo meno conciso, nonché più tecnico, in quanto contemporaneamente possono essere rimosse le uova traumatizzate: VIII,5,14: Quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur, quin etiam, si qua unguibus laesa vel fracta sunt, ut removeat, [...].

⁵¹⁵ Varrone *Rerum rusticarum* III,9,8: In cubilibus, cum parturient, acus substernendum; cum pepererunt, tollere substramen et recens aliud subicere, quod pulices et cetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur; ob quam rem ova aut inaequaliter maturescunt aut consenescent.

⁵¹⁶ *De re rustica* VIII,5,14-15: Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, ut saturae studiosius nidis immorentur, neve longius evagatae refrigerent ova. Quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur, quin etiam, si qua unguibus laesa vel fracta sunt, ut removeat, idque cum fecerit duodeviginti diebus, undevicesimo animadvertat an pulli rostellis ova pertuderint, et auscultetur si pipiant. Nam saepe propter crassitudinem putamina rumpere non queunt. [15] Itaque haerentis pullos manu eximere oportebit et matri fovendos subicere, idque non amplius triduo facere. Nam post unum et vicesimum diem silentia ova carent animalibus, eaque removenda sunt, ne incubans inani spe diutius retineatur effeta.

⁵¹⁷ Il testo di Columella riporta *fracta*, e non *pacta*. Dovrebbe quindi trattarsi di un errore di Aldrovandi oppure della tipografia. Infatti così dice Columella *De re rustica* VIII,5,14: Quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur, quin etiam, si qua unguibus laesa vel fracta sunt, ut removeat, [...]. - Che si tratti di un errore tipografico, oppure di Aldrovandi, ci è confermato anche da Conrad Gessner che riporta *fracta* nella sua *Historia Animalium* III (1555), pag. 427: Quin etiam si qua unguibus laesa, vel fracta sunt, ut removeat.

dell'uovo dopo il 19° giorno da quando la gallina si è messa coricata sulle uova.

Porro supponere etiam Gallinis diversi generis volucrum ova non tam nostro aevo, quam apud veteres usitatum fuit. Nam praeterquam quod Plinius⁵¹⁸ id, aliique Geoponici tradunt, etiam apud Ciceronem⁵¹⁹ legimus: *Anatum*, inquit, *ova Gallinis saepe supponimus*. Quomodo vero ea, nec non Anserina subijciantur, suo aliquando loco, Deo volente, docebimus, uti etiam abunde de Phasiano diximus⁵²⁰.

Quod si vero quis, vel mares, sive Gallos, sine faemellis, et e contra faemellas sine maribus nasci velit, id ita praestabit. Ova eliget oblonga, et fastigio acuminata, si mares volet: sin faeminas, quae rotundiora, et parte sui acutiore obtusa, orbiculum habent. Ita enim legendum est apud Aristotelem⁵²¹, ubi ex correctione Alberti contra ex rotundioribus mares, ex acuminatis foeminas prodire legitur. Et multi sane Aristotelis veterem textum, ita vere legi solere putant, quod posteriores Geoponicos in hac determinatione ab illo nihil recedere videant. Nam Marcellus Virgilius cum Columellae, et Aristotelis de sexu ovorum discernendo sententias contrarias, ut credebat, recitasset: *Est sane*, inquit, *in natura gravis auctor Aristoteles. Col{u}mella tamen villaticam passionem ex quotidiana observatione, et experientia docebat: nec nostrum est inter tam graves auctores tantas componere lites*. Quasi vero Columella ab Aristotelis sententia recedat, quod sane nequaquam facere quivis dicturus sit, qui haec verba eius⁵²² leget.

Inoltre il mettere a cova persino sotto le galline le uova di uccelli appartenenti a un genere diverso è stata una cosa abituale non tanto ai nostri tempi, quanto piuttosto presso gli antichi. Infatti, oltre al fatto che ce lo tramandano Plinio* e altri geoponici*, anche in Cicerone* leggiamo: *Spesso, dice, mettiamo a covare sotto le galline uova di anatre*. Ma, come si possano mettere a cova sia queste che quelle di oca, Dio permettendo, lo diremo prima o poi a suo tempo, come abbiamo anche detto a iosa a proposito del fagiano*.

- Sesso del pulcino e forma dell'uovo* - Ma se qualcuno volesse far nascere o dei maschi, ossia dei galli, senza femmine, e al contrario delle femmine senza maschi, dovrà fare così. Dovrà scegliere delle uova oblunghe e con le estremità appuntite se vorrà dei maschi: se vorrà delle femmine, dovrà scegliere quelle che, essendo più arrotondate e ottuse dal lato più appuntito, hanno una forma rotondeggiante. Così infatti bisogna leggere in Aristotele*, dove in seguito alla correzione di Alberto* si legge che invece da quelle più tondeggianti nascono dei maschi, da quelle appuntite le femmine. Ed effettivamente molti ritengono che l'antico testo di Aristotele va abitualmente letto davvero in questo modo, in quanto a loro sembra che i geoponici posteriori non vogliono per nulla staccarsi da lui a proposito di questa conclusione. Infatti Marcellus Virgilius* mentre stava esponendo le opinioni contrarie, come lui credeva, di Columella e di Aristotele a proposito di come distinguere il sesso delle uova, disse: *Effettivamente Aristotele nelle cose della natura è uno scrittore autorevole. Ciononostante Columella insegnava l'allevamento degli animali da cortile basandosi sull'osservazione e sull'esperienza*

⁵¹⁸ *Naturalis historia* X,155: Super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis admiratio prima non plane agnoscentis fetum, mox incerti singultus sollicitate convocantis, postremo lamenta circa piscinae stagna mergentibus se pullis natura dulces.

⁵¹⁹ *De natura deorum* II,124: Quin etiam anitum ova gallinis saepe subponimus; e quibus pulli orti primo aluntur ab his ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt; deinde eas relinquunt et effugiunt sequentes, cum primum aquam quasi naturalem domum videre potuerunt: tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam.

⁵²⁰ Vol. II, pp. 45-59 (Lind, 1963)

⁵²¹ *Historia animalium* VI,2, 559a 28-30: τὰ δὲ στρογγύλα καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὄξυ ἄρρενα. (Roberto Ricciardi, 2005) - Anche Lanza e Vegetti hanno optato per la seguente versione del testo aristotelico, un testo che, stando ad Aldrovandi, denoterebbe un'errata trascrizione: "Le uova allungate e appuntite danno femmine, quelle arrotondate, cioè con l'estremità circolare, danno maschi.". I due studiosi affermano pure che secondo le vedute più recenti la *Naturalis historia* di Plinio dipende da una epitome ellenistica, cioè da un compendio della *Historia animalium*. In questo caso potrebbe sorgere il dubbio che l'equivoco dipenda da un errore dell'epitome e che Alberto vi abbia posto rimedio. Infatti Plinio la pensava in modo antitetico ad Aristotele: "Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua mares." (*Naturalis historia* X,145). Columella concordava con Plinio: "Cum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima ova subiciet: et rursus cum feminas, quam rotundissima." (*De re rustica*, VIII,5,11). Più tardi Avicenna dissentì sia da Plinio che da Columella, e lo stesso fece Alberto tanto da affermare: "Hoc concordat cum experientia, quam nos in ovis experti sumus, et cum ratione." Insomma, è questione di mettersi d'accordo su come la pensasse effettivamente Aristotele, anche se alla fin dei conti sembra un problema di lana caprina. Aldrovandi vuole seguire una certa versione del testo aristotelico, successivamente andata corrotta, e così Aristotele, Plinio e Columella, nonché Orazio, si trovano a dar ragione non solo ad Aldrovandi, ma anche alle donne di campagna che hanno pratica di chioce e di uova da incubare.

⁵²² Columella *De re rustica*, VIII,5,11: Cum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima ova subiciet, et rursus cum feminas quam rotundissima.

Cum quis volet, inquit, plurimos mares excludere longissima quaeque, et acutissima ova subijciet, et rursus cum faeminas, quam rotundissima.

Sed praeter Columellam ipsemet Plinius ubique fere in animalium natura Aristotelis interpres ita sentit, dum ait⁵²³: *Faeminas edunt quae rotunda gignuntur, reliqua marem.* Hoc idem sentire videtur Horatius⁵²⁴, ubi ova oblonga gratioris saporis esse scribit, inquiens:

*Longa quibus facies ovis erit, illa memento
Ut succi melioris, et ut magis alba rotundis*

Ponere, namque marem cohibent callosa vitellum.

Contra Albertus, cum Avicennam scribere aliter videret, propriam nobis experientiam obtrudere non est veritus, veteremque Aristotelis textum immutavit, vitiumque non ex dictis Philosophi, sed ex perversa scriptura fuisse arguit. Verum quicquid ille dicat, vetus [225] illa lectio vera est, et genuina Aristotelis, quam scilicet Horatius, Plinius, et Columella, qui, ut dixi, ex proprio periculo tradebat scriptis, comprobarunt.

Nec tanti apud me ponderis Avicennae patrociniū est, ut non potius Aristoteli gravissimo in naturae arcanis auctori adhaerere velim: nec denique me movet ratio illa, quam, citante Caelio Albertus adducit, nimirum virtutis perfectionem in masculinis ovis aequaliter ambire, extremaque continere, in faeminis vero a centro, in quo sit vitalis calor, materiam longius abire. Quinim<mo> contra evenire arbitror. Quis enim non videat in rotundis calorem magis diffundi, in oblongis ab una potiorique parte conglobari? Nec est, quod experientiam eius magni faciamus, eam enim in multis aliis obtrudit, quae aequae falsae sunt, et minus verisimilia. Igitur, ut parerga istaec concludamus, sensit Aristoteles, et scripsit ex rotundis prognerari faeminas, ex

quotidiana: e non è nostro compito conciliare controversie così grandi fra esperti tanto autorevoli. Come se davvero Columella si discostasse dal pensiero di Aristotele, ed effettivamente, chiunque leggerà queste sue parole, in nessun modo sarà in grado di affermare che lo sta facendo. *Se qualcuno, dice Columella, vorrà far nascere moltissimi maschi, dovrà mettere a cova tutte quelle uova che sono molto allungate e appuntite, e invece se vorrà delle femmine, le più arrotondate possibili.*

Ma oltre a Columella, lo stesso Plinio, che quasi sempre è un traduttore di Aristotele a proposito delle caratteristiche degli animali, la pensa allo stesso modo quando dice: *Quelle che nascono rotonde producono delle femmine, le rimanenti un maschio.* Sembra che Orazio* pensi la stessa cosa, quando scrive che le uova allungate sono di sapore più gradevole, dicendo:

*Ricordati di mettere in tavola quelle uova che hanno l'aspetto
allungato
in quanto hanno un sapore migliore, e sono più ricche in albume
di quelle rotonde,
e infatti il guscio contiene un tuorlo maschio.*

Invece Alberto, vedendo che Avicenna* scriveva in modo diverso, non ha esitato a imporci con la forza la sua esperienza, e ha cambiato l'antico testo di Aristotele, e argomenta che l'errore non è derivato dalle affermazioni del Filosofo, bensì da una trascrizione corrotta. Tuttavia, qualunque cosa egli dica, quell'antica lezione di Aristotele è vera e autentica, ed è evidente che l'hanno confermata Orazio, Plinio e Columella, il quale, come ho detto, metteva per iscritto ciò che derivava dalla sua sperimentazione personale.

Pagina 225

E l'appoggio di Avicenna* non ha per me un peso così grande da non farmi scegliere di associarmi invece ad Aristotele* autorevolissima fonte relativa ai misteri della natura: e infine non mi smuove neppure quel motivo che Alberto* adduce, come riferisce Lodovico Ricchieri*, e precisamente che nelle uova da maschio la perfezione della forza avvolge in modo uniforme, e contiene le parti più profonde, mentre in quelle da femmine la materia si allontana molto di più dal centro, in cui si troverebbe il calore vitale. Invece io ritengo che accada l'opposto. Chi infatti non sarebbe in grado di rendersi conto che in quelle rotonde il calore si diffonde maggiormente, e che in quelle oblunghe si accumula preferibilmente in una sola zona? E neanche c'è motivo per tenere in grande considerazione la sua esperienza, in quanto la impone a proposito di molte altre cose che sono ugualmente false e non del tutto verosimili.

⁵²³ *Naturalis historia* X,145: Quae oblonga sint ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem.

⁵²⁴ *Sermones* - o *Satirae* - II,4,12-14: Longa quibus facies ovis erit, illa memento, | ut succi melioris et ut magis alba rotundis, | ponere: namque marem cohibent callosa vitellum.

acuminatis mares. Nunc vero in textu Aristotelis tam Graeco, quam Latino legitur, prout Albertus correxit, vel potius corrupit. Vetus vero Aristotelica lectio est illa, quam vitiatam ille dicit. Caeterum nunquid modo, ex oblongis mares, ut vetus lectio habet, et ex rotundis faeminae, vel contra procreentur, Gallinarius super hoc esset consulendus. Ego priorem lectionem, ut dixi, libenter amplector, gaudeoque me cum Aristotele in ea {haeresi} <haerese> esse, ut ex acutis ovis mares gigni credam, eoque magis cum Plinium Aristotelicum, et Columellam omnis villicationis consultissimum comites erroris, si error fuerit, habeam. Mulieres medius fidius nostrae ex acutis mares, et contra ex rotundis faeminas procreari asserunt.

Ornithologus⁵²⁵ ex suorum relatione tradit, ova, ut ex eorum singulis omnibus faeminae generentur subijci oportere, dum Luna plena est, eaque ad hoc praeferrunt, quae in plenilunio etiam nata sunt, item ita observandam temporis rationem, ut in plenilunio etiam excludantur. Verum arduum fuerit ova in plenilunio nata, in plenilunio rursus excludere. Nam si illa aliquot diebus reserves, antequam supponas facile evanescent, ut in his, et conchiliis etiam fieri paulo ante⁵²⁶ diximus: sin mox supponas, in plenilunio non excludes. Solent enim viginti plerunque diebus incubationis tempus absolvere. Excludunt tamen celerius, teste Aristotele⁵²⁷, aestate, quam hyeme: aestate nempe duodevigesimo,

Pertanto, al fine di chiudere questa appendice - Sesso del pulcino e forma dell'uovo*, Aristotele fu dell'opinione e scrisse che dalle uova rotonde nascono femmine, maschi da quelle appuntite. Ma attualmente nel testo di Aristotele sia greco che latino si legge nel modo in cui Alberto lo corresse, o piuttosto, lo corruppe. Ma in realtà l'antica lezione aristotelica è quella che lui dice essere corrotta. D'altra parte su questo argomento, se cioè, come riporta l'antica lezione, da uova oblunghe nascono proprio dei maschi, e femmine da quelle arrotondate, oppure il contrario, bisognerebbe consultare un addetto al pollaio. Come dissi, io abbraccio volentieri la lezione più antica e mi rallegro di trovarmi in compagnia di Aristotele in quella corrente di pensiero, tant'è che credo che dalle uova appuntite nascono dei maschi, e tanto più per il fatto di avere come compagni di errore, se sarà stato un errore, Plinio* Aristotelico, nonché Columella* assai esperto nella gestione di ogni tipo di podere. Credetemi: le nostre donne affermano che da quelle acute nascono maschi, femmine da quelle rotonde.

L'Ornitologo, in base a quanto raccontano i suoi conterranei, riferisce che bisogna mettere a cova le uova quando è luna piena affinché da ognuna di esse nascano delle femmine, e che a questo scopo sono da preferire quelle anch'esse nate durante il plenilunio, e che parimenti bisogna porre attenzione a calcolare il tempo, affinché si schiudano pure durante il plenilunio. In realtà sarebbe difficile che le uova deposte durante il plenilunio si schiudano nuovamente durante il plenilunio. Infatti se le conservi per alcuni giorni prima di metterle a cova, svaporano con facilità, come poc'anzi abbiamo detto accadere nelle uova e anche nei molluschi dotati di conchiglia: se invece le metti subito a cova, non ne otterrai la schiusa durante il plenilunio. Infatti abitualmente portano a termine il periodo di incubazione in 20 giorni. Tuttavia, testimone Aristotele,

⁵²⁵ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 419: Sexus ovorum. Quae oblonga sunt ova, et fastigio cacuminata, foeminam aedunt. quae autem rotundiora et parte sui acutiore obtusa, orbiculum habent, marem gignunt, Aristoteles. eandem sententiam Albertus approbat: reprehendit vero translationem sui temporis tanquam contrariam iis verbis quae nunc recitavimus. Nostri quidem codices Graeci et Gazae translatio eam sententiam habent, quam nunc retuli, et Albertus comprobatur. Avicenna scribit ex orbiculari ovo brevique progigni marem: ex oblongis acutisve foeminam. ipsum hoc comprobatur experimentum et suffragatur ratio. siquidem virtutis perfectio in masculinis ovis ambit aequaliter, et continet extrema. at in foemininis, a centro longius abit materia in quo est vitalis calor. hoc vero plane imperfectionis argumentum est, Albertus ut citat Caelius. In ovis tam difficile saporum et sexus discrimen est, ut nihil gulae proceribus aeque incertum sit, Marcellus Vergilius. qui cum Columellae et Aristotelis de sexu ovorum discernendo sententias contrarias recitasset: Est sane (inquit) in natura gravis author Aristoteles: Columella tamen villaticam pastionem ex quotidiana observatione et experientia docebat. nec nostrum est inter tam graves scriptores tantas componere lites. Video Plinium quoque cum Columella et Flacco sensisse. Quae oblonga sint (inquit) ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Foeminam aedunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem. Longa quibus facies ovis erit, illa memento, Ut succi melioris, et ut magis alba rotundis Ponere nanque marem cohibent callosa vitellum, Horatius lib. 2. Serm. Cum quis volet quam plurimos mares excludere, longissima quaeque et acutissima ova subijciet. et rursus cum foeminas, quam rotundissima, Columella. Ex ovis, praesertim in plenilunio natis, si plenilunii tempore subijciantur incubanda, et ita observetur temporis ratio ut in plenilunio etiam pulli excludantur, omnibus foeminas non mares nasci, quidam apud nos arbitrantur.

⁵²⁶ A pagina 223.

⁵²⁷ *Historia animalium* VI,2, 559b 29-30: Le uova covate d'estate si schiudono più rapidamente che in inverno: infatti d'estate le galline le fanno schiudere [560a] in diciotto giorni, mentre d'inverno ne occorrono loro talvolta anche venticinque. (traduzione di Mario Vegetti) - ἐν ὀκτώκαιδέκα ἡμέραις αἱ ἀλεκτορίδες ἐν τῷ χειμῶνι ἐνίστε ἐν πέντε καὶ εἴκοσι.

(undevigesimo habet Plinius⁵²⁸) hyeme aliquando vigesimo quinto die. Sed forte id de locis calidioribus intelligendum est. Nam Albertus hyeme vigesimonono die exire pullos dixit.

Discrimen tamen etiam avium est, ut idem Aristoteles⁵²⁹ author est, quod aliae magis fungi officio incubandi possunt. Sunt qui asserant, idque in libello quodam Germanico manuscripto se legisse Ornithologus⁵³⁰ prodidit, pullos eo colore nasci, quo ova incubanda tincta fuerint. Alii iubent, ut aviaria, seu caveae, quibus includuntur, congregiuntur, pariunt, incubant, et excludunt, susque deque et ex omni parte albis velaminibus obtendantur, ut in Phasiani historia etiam diximus.

Si quis vero pullos cupiat excludere visu iucundissimos, Palumbum marem cum Gallina coire curabit, aut Perdicem, vel Phasianum. Cuius coitus modum in Phasiano diximus, et hic sponte omittimus. Perdices copia libidinis gaudent, et cum diversis salacioris generis avibus commiscuntur, coeuntque inter se, et sobolem suscipiunt, ut in Gallinis, unde ex Gallina, et Perdice, et primi foetus communi generis utriusque specie generantur, sed tempore procedente, diversi ex diversis provenientes, demum forma faeminae instituti evadunt. Haec ex Aristotele⁵³¹ scribit Io. Baptista Porta⁵³². Quo loco etiam dicit ex

si schiudono più rapidamente in estate che in inverno: d'estate appunto nel giro di 18 giorni (Plinio riporta 19), in inverno talora al 25° giorno. Ma forse ciò è da intendersi per le località più calde. Infatti Alberto ha detto che in inverno i pulcini nascono al 29° giorno.

Tuttavia anche tra gli uccelli esiste una differenza, come lo stesso Aristotele riferisce, in quanto alcuni sono in grado di adempiere meglio al loro compito di incubare. Alcuni affermano, e l'Ornitologo ha riferito di averlo letto in un manoscritto tedesco, che i pulcini nascono del colore con cui le uova da incubare sono state impregnate. Altri raccomandano che le uccelliere, o recinti, in cui vengono tenuti chiusi, si accoppiano, depongono, covano e fanno schiudere le uova, vengano ricoperti uniformemente e da ogni lato con tende bianche, come abbiamo detto anche nella descrizione del fagiano.

Tuttavia, se qualcuno è punto dal desiderio di far nascere pulcini bellissimi da vedersi, dovrà darsi da fare perché un colombo maschio o una pernice* o un fagiano* si accoppino con una gallina. Parlai della modalità di tale coito nella parte dedicata al fagiano e qui volutamente la tralascio. Le pernici godono di abbondanza di libidine, e si mescolano con diversi uccelli con caratteristiche di maggiore salacità, e si accoppiano con loro, e generano della prole, come accade tra le galline, per cui da una gallina e da una pernice anche i primi prodotti del concepimento vengono generati con un aspetto che è comune ad ambedue i generi, ma col passare del tempo, dal momento che soggetti dissimili provengono da genitori

⁵²⁸ *Naturalis historia* X,152: Celerius excluduntur calidis diebus; ideo aestate undevicensimo educunt fetum, hieme XXV.

⁵²⁹ *Historia animalium* VI,2, 559b 32-34: Del resto gli uccelli differiscono tra loro anche per la maggiore o minore attitudine alla cova. (traduzione di Mario Vegetti)

⁵³⁰ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 454: Gallinarum pullos eo colore enasci aiunt, quo ova incubanda tincta fuerint, ut in libello quodam Germanico manuscripto legimus.

⁵³¹ *De generatione animalium* II,4, 783b 27-35: Per questo negli animali di specie diversa che si accoppiano maschio con femmina (si accoppiano quelli che hanno periodi uguali, gravidanze simili e non differiscono molto per le dimensioni del corpo), dapprincipio la prole nasce somigliante a entrambi i genitori, come gli animali che nascono dalla volpe e dal cane, o dalla pernice e dal gallo ma poi col trascorrere del tempo le generazioni successive giungono alla fine in accordo con la forma della femmina, come i semi forestieri si adattano alla terra, perché questa offre la materia, cioè il corpo, per i semi. (traduzione di Diego Lanza)

⁵³² Giambattista Della Porta parla degli ibridi fra piccione e gallina sia nella prima edizione del *Magiae naturalis* (1558) dove lo fa in modo assai conciso, mentre si dilunga alquanto nella seconda edizione del *Magiae naturalis* (1584) della quale posso citare solo la traduzione inglese del 1658. - *Magiae naturalis* II (1558), Monstra quomodo gignantur, & de vi mira putrefactionis .cap. XXIV - ANIMAL È DIUERSIS COMMIXTUM - PVLLVS autem è diuersis commixtus sic eueniet: Marem palumbum cum gallina coire curabis, pullusque emerget non iniucundus visu. Sic quoque è perdicibus, gallinis, phasianis eueniet, diuersisque accipitribus, & pauonibus. Dabit mixtum foetum gallina, sibique similem admodum, eique, quo prolificum acceperit semen. At si defecerit matrix, sic dabitur. (trascrizione di Laura Balbiani in <http://homepages.tscnet.com/omard1>) - *The Second Book of Natural Magick* (1584) Transcribed from 1658 English Edition, Printed for Thomas Young and Samuel [Samuel?] Speed, at the Three Pigeons, and at the Angel in St Paul's Church-yard. - Chapter XIV - DIVERSE COMMIXTIONS OF HENS WITH OTHER BIRDS. - The pigeon must be young, for then he has more heat and desire of copulation, and much abundance of seed, for if he is old, he cannot tread. But young pigeons do couple at all times, and they bring forth both Summer and Winter. I had my self at home a single pigeon, and a hen that had lost her cock. The pigeon was of a large size, and wanton withal, the hen was but a very small one. These lived together and in the spring-time the pigeon trod the hen, where by she conceived, and in her due season laid eggs, and afterward hatched them, and brought forth chicken that were mixed of either kind, and resembled the shape of them both. In greatness of body, in fashion of head and bill, they were like a pigeon; their feathers very white and curled, their feet like a hens feet, but they were overgrown with feathers, and they made a noise like a pigeon. And I took great pleasure in them, the rather, because they were so familiar, that they would still sit upon the bed, or muzzle into some woman's bosom. (da <http://homepages.tscnet.com/omard1>)

Gallina, et Columbo si misceantur, pullum procreari commistum ex utroque. Sit, inquit Columbus iuvenis, tunc enim temporis fervet in eo ardor coeundi, et seminis superfluitas. Senex enim coire non potest. Omni enim tempore coeunt Columbae, et foetant aestate, et hyeme. Erant nobis domi Columbus caelebs, et Gallina vidua: Columbus satis amplo corpore, et salax: Gallina parva, {sine} <sive> nana: una versabantur, unde tempore veris Columbus Gallinam supervenit, quae suo tempore ova dedit ab ea incubata exclusa sunt, pullosque ex utroque mistos nobis protulit ab utroque genitore retinentes effigiem. Magnitudo corporis, capitis forma, et rostri erat Columbi, pedes Gallinae, pluma quam albissima, et crispa, pedes pennis aperti; atque ut Columbus pipiebat, qui maximi nobis fuit oblectamenti, et iucunditatis quique non alibi quam in cubili, aut mulierum sinu quiescebat.

Docet item alibi ex Aristotele⁵³³, quonam modo pullus Gallinaceus quaternis alis nascatur, quaternisque pedibus. Ova {illi} <illa>, inquit⁵³⁴, seligito, quae {bina} <binos> comperies habere {boleta} <boletos - βολήτας>, pellicula quadam non tenui intercurante, sed albumina {continentia}

differenti, alla fine risultano dotati di un aspetto da femmina. Queste cose le scrive Giambattista Della Porta* traendole da Aristotele. In quel passaggio dice anche che se si mescolano tra loro soggetti che appartengono alla gallina e al colombo, viene generato un pulcino che è una mescolanza derivante da ambedue i genitori. Egli dice che il colombo deve essere giovane, infatti in quel momento arde in lui il desiderio di accoppiarsi e la sovrabbondanza di seme. Infatti da vecchio non può accoppiarsi. Infatti le colombe si accoppiano in qualunque stagione, e partoriscono sia d'estate che d'inverno. A casa mia avevo un colombo celibe e una gallina vedova: il colombo abbastanza corpulento e voglioso: la gallina era piccola, ossia nana: vivevano insieme, per cui in primavera il colombo si accoppiò con la gallina, e le uova che lei a suo tempo aveva deposto e poi covato si schiusero, e ci diede dei pulcini ibridi* di entrambi e che erano dotati dell'aspetto di ambedue i genitori. Le dimensioni del corpo, la forma del capo e del becco erano del colombo, le zampe della gallina, le piume candidissime e arricciate, i piedi coperti da piume; e quello che per me fu motivo di enorme diletto e allegria faceva il verso del colombo, e non dormiva da nessun'altra parte se non nel letto, oppure in grembo alle donne.

In un altro punto basandosi su Aristotele ci ragguaglia in quale modo un pulcino di gallina possa nascere con quattro ali e con quattro zampe. Egli dice: *scegli quelle uova che scoprirai essere dotate di due tuorli, senza che sia interposta una membrana sottile, ma con gli albumi che sono tra loro uniti, e che spesso sono solite deporre le galline più feconde: le riconoscerai dalla loro grossezza: e risulta evidente per coloro che*

⁵³³ *De generatione animalium* IV,4, 740a 7-32: Perciò siffatte anomalie si producono assai raramente negli unipari, e più nei multipari e soprattutto negli uccelli, e tra gli uccelli nei polli. Questi non sono solo multipari perché depongono spesso uova, come il genere dei colombi, ma perché portano contemporaneamente molti prodotti del concepimento, e si accoppiano in ogni stagione. Perciò producono molti gemelli: i prodotti del concepimento grazie alla reciproca vicinanza si formano insieme, come molti frutti fanno talvolta. In tutti quelli che hanno i tuorli definiti dalla membrana nascono due piccoli separati senza alcuna superfetazione, mentre in quelli che hanno i tuorli contigui e senza alcuna interruzione i piccoli nascono anomali con un corpo e una testa, ma quattro gambe e quattro ali, perché le parti superiori dell'animale si formano prima e dal bianco, essendo controllato il loro alimento proveniente dal tuorlo, mentre la parte inferiore si forma dopo e l'alimento è unico e indistinto. È accaduto di vedere anche un serpente a due teste per la stessa causa, perché anche questo genere è oviparo e multiparo. Le anomalie sono però più rare in essi per la configurazione dell'utero. Data la sua dimensione la massa delle uova si trova infatti disposta in fila. Non accade nulla del genere né alle api né alle vespe, perché la loro nascita avviene in cellule separate. Nel caso dei polli avviene invece l'opposto, e anche in questo caso è chiaro che la causa di questi fenomeni deve essere attribuita alla materia, perché anche tra gli altri animali si hanno soprattutto nei multipari. (traduzione di Diego Lanza)

⁵³⁴ Le correzioni al testo di Aldrovandi vengono fatte in base al testo originale di Della Porta, che in alcuni punti è diverso da quello riportato da Aldrovandi. Ecco il testo di Giambattista Della Porta tratto dalla prima edizione del *Magiae naturalis*, quella del 1558, che si componeva di soli 4 libri. *Magiae naturalis* II (1558), Monstra quomodo gignantur, & de vi mira putrefactionis .cap. XXIV - PULLUS GALLINACEUS QUATERNIS ALIS ENASCATUR, QUATERNISQUE PEDIBUS - Quod docet Aristoteles: Ova illa seligito, quae bina comperies retinere boleta, pellicula quadam non tenui intercurante, sed albumina continuentur, quae foecundiores saepe gallinae assolent parere, ex magnitudine cognosces, patetque intuentibus Soli exponendo, exuberante iam materia productum, ex plurium seminum commixtu, semenque habeat pullorum, glocienti gallinae iam excubanda supponas, vt suo insessu foueat ea, elapso iam debito tempore tales excludet foetus, pedibus, alisque quaternis, curabis vt commodè educantur. Si autem membrana disterminabitur, gemini discreti pulli generantur, sine vlla superuacua parte. Sic enim & biceps nascetur serpens, & animal omne, quod ouo excluditur: si tale euenerit, non mediocris erit admirationis: saepius enim monstra in prolificis animalibus, & multiparis, quam in minus foecundis, & in perfectioribus animalibus, in aliis verò facilitas generationis praeualet: vnde in vilioribus animalibus facilius monstra prodeunt, quam in nobiles. Sic quoque aliter generare possumus. (trascrizione di Laura Balbiani in <http://homepages.tscnet.com/omard1>)

<continuentur>, quae foecundiores {fere} <saepe> Gallinae assolent parere: ex magnitudine cognosces: patetque {iutuentibus} <intuentibus> Soli exponendo, exuperante {etiam} <iam> materia productum, {et} <ex> plurium seminum commixtu, semenque habeat pullorum<,> glorienti Gallinae iam supponas excubanda, ut suo insessu foueat ea: elapso iam debito tempore tales excludet foetus, pedibus, alisque quaternis, curabis ut commode educentur. Si autem membrana disternabitur, gemini discreti pulli generantur, sine ulla supervacua parte.

guardano attentamente esponendole al sole, essendo infatti una cosa prodotta da materia sovrabbondante, che deriva da una commistione di numerosi semi maschili, e deve avere l'embrione dei pulcini: mettile subito a covare sotto a una gallina che è chioccia, affinché con il suo starci sopra accovacciata possa scaldarle: trascorso il tempo dovuto ne farà schiudere dei feti siffatti, cioè con quattro zampe e quattro ali, e ti darai da fare affinché vengano allevati in modo adeguato. Invece se una membrana farà da separazione, nascono dei pulcini gemelli disgiunti, senza alcuna parte superflua.

Pagina 226

Sic enim et biceps nascetur serpens, [226] et animal omne, quod ovo excluditur: si tale evenerit, non mediocris erit admirationis, saepius enim monstra in prolificis animalibus, et multiparis, quam in minus foecundis, et {imperfectioribus} <in perfectioribus> animalibus nascuntur: in aliis vero facilitas generationis pr<a>evalet: unde in vilioribus animalibus facilius monstra {proveniunt} <prodeunt>, quam in nobilibus. Haec itaque omnia Porta⁵³⁵, qui etiam docet⁵³⁶, quomodo Gallus, vel capus in mortuae, vel educere pullos Gallinae nolentis locum succedat. Iubet autem illi ostendi pullos, et blande manibus dorsum pertractando praeberi cibum, ut manibus edere assuescat, et cicur fiat. Mox pectus deplumando urticis perfricari atque ita paucis interiectis horis adeo optime pullos recepturum promittit, et cibum eis exhibiturum, ut vix unquam mater Gallina tale fecerit. Verum ipsemet Aristoteles⁵³⁷ Gallos

Infatti in questo modo nascerà anche il serpente a due teste e qualunque animale che nasce da un uovo: se una simile cosa si sarà verificata, essa non sarà degna di scarsa meraviglia, in quanto le creature mostruose nascono più spesso tra gli animali prolifici e multipari rispetto agli animali meno fecondi e più perfetti: nei primi infatti prevale la facilità con cui generano: per cui negli animali di rango inferiore nascono con maggior facilità dei mostri rispetto a quanto accade in quelli di rango superiore. E così tutte queste cose le riferisce Giambattista Della Porta, il quale ci informa anche di come un gallo o un cappone subentri a una gallina che è morta oppure che non vuole allevare i pulcini. Infatti egli si raccomanda che gli vengano mostrati i pulcini, e mentre delicatamente con le mani gli si tocca il dorso, di offrirgli del cibo, affinché si abitui a mangiare dalle mani e diventi mansueto. In seguito, spiumandogli il petto, di sfregarlo con ortiche* e garantisce che così, dopo poche ore, accoglierà così bene i pulcini, e fornirà loro il cibo, che quasi mai una gallina madre si sarebbe comportata così. In verità lo stesso Aristotele* è testimone del fatto che si sono visti alcuni galli i quali, se per caso era morta*

⁵³⁵ Le correzioni al testo di Aldrovandi vengono fatte in base al testo originale di Della Porta, che in alcuni punti è diverso da quello riportato da Aldrovandi. Ecco il testo di Giambattista Della Porta tratto dalla prima edizione del *Magiae naturalis*, quella del 1558, che si componeva di soli 4 libri. *Magiae naturalis* II (1558), Monstra quomodo gignantur, & de vi mira putrefactionis .cap. XXIV - PULLUS GALLINACEUS QUATERNIS ALIS ENASCATUR, QUATERNISQUE PEDIBUS - Quod docet Aristoteles: Oua illa seligito, quae bina comperies retinere boleta, pellicula quadam non tenui intercurante, sed albumina continuentur, quae foecundiores saepè gallinae assolent parere, ex magnitudine cognosces, patetque intuentibus Soli exponendo, exuberante iam materia productum, ex plurium seminum commixtu, semenque habeat pullorum, glorienti gallinae iam excubanda supponas, vt suo insessu foueat ea, elapso iam debito tempore tales excludet foetus, pedibus, alisque quaternis, curabis vt commodè educentur. Si autem membrana disternabitur, gemini discreti pulli generantur, sine vlla superuacua parte. Sic enim & biceps nascetur serpens, & animal omne, quod ouo excluditur: si tale euenerit, non mediocris erit admirationis: saepius enim monstra in prolificis animalibus, & multiparis, quam in minus foecundis, & in perfectioribus animalibus, in aliis verò facilitas generationis praeualet: vnde in vilioribus animalibus facilius monstra prodeunt, quam in nobilibus. Sic quoque aliter generare possumus. (trascrizione di Laura Balbiani in <http://homepages.tscnet.com/omard1>)

⁵⁵⁷ Il codice greco di Didimo potrebbe essere stato esatto, cioè indicare 6 mesi e non 2. Infatti Columella a proposito dei pulcini di pavone, che vanno nutriti come quelli di gallina, dice che l'orzo lo si dà loro al sesto mese quando si smette di nutrirla con cavallette (*De re rustica* VIII,11,15): Lucustae quoque pedibus adeptis utiles cibandis pullis habentur. Atque his pasci debent usque ad sextum mensem, postmodum satis est hordeum de manu praebere.

⁵⁵⁸ Sia la traduzione dei *Geoponica* di Andrés de Laguna (1541) che quella di Janus Cornarius (1543) riportano sterco d'asino o di cavallo: asinum praeterea, sive equinum stercus (Laguna), asinum sive equinum stercus (Cornarius). Se non bastasse, il testo greco è equivalente: ὄνειαν ἢ ἰπείαν κόπρον (*Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* - recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994). È pertanto d'obbligo emendare questo ennesimo svarione di Aldrovandi.

⁵⁵⁹ *De re rustica* VIII,5,7: Pulli autem duarum aut trium avium excusi, dum adhuc teneri sunt, ad unam quae est melior nutrix transferri debent, sed primo quoque die, dum mater suos et alienos propter similitudinem dinoscere non potest. Verumtamen servari oportet modum, neque enim debet maior esse quam triginta capitum. Negant enim hoc ampliorem gregem posse ab una nutrir.

⁵⁶⁰ A pagina 226.

Gallinam pullos deserere volentem agnosces inde, quod non iam amplius hispida sit, nec alas demittat, glocire desinat, et cum iis evagari nolit. Atque haec de pullorum cura dicta sint.

Iam de parentum educatione aliquid dicendum superest. Eae si incubent, bis, mane scilicet et vesperi cibus offerendus est. Vagantium vero non alius cultus est, quam clausarum, nisi quod hae non emittantur, sed intra ornithonem ter die maiori mensura pascantur. Nam singulis capitibus, Columella⁵⁶¹ teste, quaterni cyathi⁵⁶² diurna cibaria sunt, cum terni, vel bini vagis praebeantur. Quid vero exhibendum paulo post dicemus.

Locus, quo conversantur, Gallinarium dicitur: Gyb. Longolius officinam cohortalem appellari ait, quod, ut in nostris officinis cuncta parantur, quae in usum humanum veniunt, ita istic ova, et pulli, quae in cibum. Aviaria vero nominantur, ubi cicures atque omnium avium genera separata farciuntur. Haec aviaria ὀρνιθοβοσκεῖα Varroni dicuntur. Unde forte haud recte Calepinus ὀρνιθῶνα Gallinarium interpretatur. Nam praeterquam quod ea vox, teste Varrone⁵⁶³, in villa pastionis genus, quale pariter περιστερῶνας⁵⁶⁴ dicunt aviarium proprie significat: etsi interim minime negarim, et pro gallinario accipi. Nam Graeci cum

Sarai in grado di riconoscere una gallina che vuole abbandonare i pulcini dal fatto che ormai non è più con la piume arruffate e non abbassa le ali, smette di fare la voce da chioccia e non desidera gironzolare con loro. E siano queste le cose dette a proposito delle attenzioni da avere nei confronti dei pulcini.

Adesso rimane da dire qualcosa sull'allevamento dei genitori. Se esse stanno covando, bisogna dare loro del cibo due volte al giorno, cioè al mattino e alla sera. Ma per quelle che sono libere di girare non è necessaria una cura diversa da quella riservata a coloro che sono rinchiusi, eccetto il fatto che queste non debbono essere lasciate uscire, ma debbono venir alimentate in misura maggiore per tre volte al giorno all'interno del pollaio. Infatti, come dice Columella*, la razione giornaliera individuale è costituita da 4 ciati - circa 200 ml, mentre a quelle che se ne vanno in giro se ne diano 3 oppure 2. Ma quello che bisogna dare lo diremo tra poco.

Il luogo in cui vivono insieme viene detto pollaio: Gisbert Longolius* dice che viene detto laboratorio del cortile in quanto, come nei nostri laboratori vengono allestite tutte quelle cose che servono all'uso umano, allo stesso modo costì vengono approntati le uova e i pulcini, cose che diventano cibo. Ma vengono dette uccelliere quelle dove vengono ingrassati gli uccelli domestici e i generi distinti di tutti gli uccelli. Queste uccelliere vengono dette *ornithoboskeia* in Varrone*. Da cui forse in modo non corretto Ambrogio Calepino* traduce *ornithōna* con *gallinarium* - pollaio. Infatti, a parte il fatto che, come dice Varrone, tale parola in fattoria significa propriamente uccelliera come è quel tipo di allevamento che parimenti dicono *peristerōnas*: anche se

⁵⁶¹ *De re rustica* VIII,4,5: Gallina post primam emitti et ante horam diei undecimam claudi debet, cuius vagae cultus hic quem diximus erit. Nec tamen alius clausae, nisi quod ea non emittetur, sed intra ornithonem ter die pascitur maiore mensura. Nam singulis capitibus quaterni cyathi diurna cibaria sunt, cum vagis [terni, vel] bini praebeantur.

⁵⁶² Ciato: dal greco *kyathos*. 1) Ciotola, provvista di lungo manico, in uso nell'antichità tra la fine del sec. VI e la metà del V aC per travasare il vino dal cratere nelle brocche. 2) Antica unità di misura di capacità corrispondente a 1/2 decilitro scarso. Un decilitro = 100 ml. Quattro ciati corrispondono a circa 200 ml. Orbene, 200 ml di granaglie corrispondono in media a 150 grammi. Infatti 200 ml di granaverde di riso = 150 gr, di mais intero = 145 gr, di mais macinato medio insieme alla sua farina = 140 gr. La farina di frumento tipo 00 ha un peso specifico basso: 200 ml pesano solo 100 grammi. - Vedi anche: Pesì e misure*.

⁵⁶³ *Rerum rusticarum* III,3,1: Eius disciplinae genera sunt tria: ornithones, leporaria, piscinae. Nunc ornithones dico omnium alitum, quae intra parietes villae solent pasci. III,3,7: Contra nunc aviaria sunt nomine mutato, quod vocantur ornithones, quae palatum suave domini paravit, ut tecta maiora habeant, quam tum habebant totas villas, in quibus stabulentur turdi ac pavones. III,4,2-3: [2] Merula, Duo genera sunt, inquit, ornithonis: unum delectationis causa, ut Varro hic fecit noster sub Casino, quod amatores invenit multos; alterum fructus causa, quo genere macellarii et in urbe quidam habent loca clausa et rure, maxime conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. [3] Ex iis tertii generis voluit esse Lucullus coniunctum aviarium, quod fecit in Tusculano, ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cenitaret et alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circum fenestras captos. Quod inutile invenerunt. Nam non tantum in eo oculos delectant intra fenestras aves volitantes, quantum offendit quod alienus odor opplet nares.

⁵⁶⁴ Si tratta delle colombaie, come specifica Varrone in *Rerum rusticarum* III,7,2: Alterum genus columbarum est clementius, quod cibo domestico contentum intra limina ianuae solet pasci. Hoc genus maxime est colore albo, illud alterum agreste sine albo, vario. Ex iis duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa, atque incedunt in locum unum, quod alii vocant peristerona, alii peristerotrophion, in quo uno saepe vel quinque milia sunt inclusae.

omnem avem, ut diximus⁵⁶⁵, tum Gallum Gallinamve per excellentiam ὄρνιν et ὄρνιθα nominant. Grapaldus πέταυρον interpretatur ex Polluce caveam, in qua sese cortis alites cubitum iturae recipiunt. Aristophanes⁵⁶⁶, inquit Pollux⁵⁶⁷, πέταυρον, nominat οὗ τοὺς ἐνοικίδιους ὄρνιθας ἐγκαθεύδειν συμβέβηκε. Verum ut Ornithol. conijcit, non Gallinarium totum πέταυρον nominari potest, sed tabula, vel asser, qui Varino dicitur σανίς, quasi πέτευδον παρὰ τὸ εὔδειν ἐν αὐτῷ, τὰ πετεινά.

Sunt vero nostra gallinaria longe diversa ab illis, quae Columella⁵⁶⁸, Varroque commendant. Nostra enim admodum exigua sunt, et vix quandoque gregem capientia, cum maximo saepe eius detrimento, nam cum bona pars saepe noctu excludatur, animalium noxiorum reliquuntur furumque rapinis. Non mirum itaque si tanta gallinariorum cura veteres incesserit, ut illa nobis exacte depinxerint. Iubent itaque, ut, ea parte villae, quae orientem spectat, constituentur, iuncta sint furno, vel Culinae, ut ad aves perveniat fumus, qui huic generi praecipue salutaris est,

tuttavia non potrei assolutamente affermare che non vada intesa come pollaio. Infatti i Greci, come abbiamo detto, chiamano sia qualunque uccello, sia per eccellenza il gallo o la gallina, ὄρνιν e ὄρνιθα. Francesco Mario Grapaldi*, basandosi su Giulio Polluce*, traduce *pétauron* - bastone da pollaio, palchetto, tavolato - con recinto, in cui si ritirano i volatili da cortile quando stanno per andare a dormire. Giulio Polluce dice che Aristofane* chiama *pétauron* dove gli uccelli domestici vanno a dormire - *boû toús enoikéidiους ὄρνιθας enkatheúdein symbéβηκε*. A dire il vero, come pensa l'Ornitologo, non tutto il pollaio può venir chiamato *pétauron*, ma una tavola di legno oppure un palo, che viene detto *sanís* - tavola - da Guarino*, come per dire i volatili saltarono su di esso per dormire - *péteudon parà tò éúdein en autῷ, tà peteiná*.

Ma i nostri pollai sono di gran lunga diversi da quelli che raccomandano Columella e Varrone. Infatti i nostri sono molto piccoli, e a volte a mala pena capaci di contenere lo stuolo, spesso con un suo grandissimo danno, infatti dal momento che spesso una buona parte di notte ne viene esclusa, vengono lasciati in balia delle rapine da parte degli animali nocivi e dei ladri. Pertanto non desta meraviglia se si era diffusa fra gli antichi tanta preoccupazione per i pollai, tanto da averceli descritti con accuratezza. Pertanto prescrivono che essi vengano eretti in quella parte della fattoria che è rivolta a oriente, che siano collegati al forno o alla cucina affinché ai volatili arrivi il fumo che a questo genere è salutare in

⁵⁶⁵ A pagina 189.

⁵⁶⁶ *Fragment* 839. (Lind, 1963)

⁵⁶⁷ In *Onomastikón* 10,156.

⁵⁶⁸ *De re rustica* VIII,3,1-7: [1] Gallinaria constitui debent parte villae quae hibernum spectat orientem. Iuncta sint ea furno vel culinae, ut ad avem perveniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. Totius autem officinae, id est ornithonis, tres continuae exstruuntur cellae, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orientem sit obversa. [2] In ea deinde fronte exiguus detur unus omnino aditus mediae cellae, quae ips<a>, e tribus minima, esse debet in altitudinem et quoqueversus pedes septem. In ea singuli dextro laevoque pariete aditus ad utramque cellam faciendi sunt, iuncti parieti qui est intrantibus adversus. Huic autem focus applicetur tam longus, ut nec inpediat praedictos aditus et ab eo fumus perveniat in utramque cellam; eaeque longitudinis et altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media. [3] Sublimitas dividatur tabulatis, quae super se quaternos et infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant. Utraque tabulata gallinis servire debent, et ea parvis ab oriente singulis inluminari fenestellis, quae et ipsae matutinum exitum praebeant avibus ad cohortem, nec minus vespertinum introitum. Sed curandum erit ut semper noctibus claudantur, quo tutius aves maneant. [4] Infra tabulata maiores fenestellae aperiantur, et eae clatris muniantur, ne possint noxia inrepere animalia, sic tamen ut inlustria sint loca, quo commodius habitet aviarius, qui subinde debet speculari aut incubantis aut parturientis fetas. Nam etiam in his ipsis locis ita crassos parietes aedificare convenit, ut excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant, in quibus aut ova edantur aut excludantur pulli. Hoc enim et salubrius et elegantius est quam illud quod quidam faciunt, ut palis in parietis vehementer actis vimineos qualos superponant. [5] Sive autem parietibus ita ut diximus cavatis aut qualis vimineis praeponenda erunt vestibula, per quae matricibus ad cubilia vel pariendi vel incubandi causa perveniant. Neque enim debent ipsis nidis involare, ne dum adsiliunt pedibus ova confringant. [6] Ascensus deinde avibus ad tabulata per utramque cellam datur, iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint advolantibus lubrici. Sed ab cohorte forinsecus praedictis fenestellis scandulae similiter iniungantur, quibus inrepant aves ad requiem nocturnam. Maxime autem curabimus ut et haec aviaria et cetera, de quibus mox dicturi sumus, intrinsecus et extrinsecus poliantur opere tectorio, ne quae ad aves feles habeant aut coluber adcessum, tum et aequae noxae prohibeantur pestes. [7] Tabulatis insistere dormientem avem non expedit, ne suo laedatur stercore, quod cum pedibus unctis adhaesit, podagram creat. Ea perniciositas ut evitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres levitas earum supersilientem volucrem non recipiat conquadrate deinde foratis duobus adversis parietibus induuntur, ita ut a tabulato pedalis altitudinis et inter se bipedali latitudinis spatio distent. - Non si emenda con <quo commodius habitet aviarius, qui subinde debet speculari aut incubantis aut parturientis fetas> in quanto Aldrovandi ha dedotto il testo da Conrad Gessner *Historia animalium III* (1555) pagina 425, un testo che non corrisponde a quello di Columella che ci viene offerto nel XX secolo.

adeo ut Palladius⁵⁶⁹ sufficere dixerit, ut fumo<, > pulvere, et cinere utantur. Unde etiamnum nostro aevo super furno, vel prope caminum saltem aedificantur.

Totius autem officinae, inquit Columella, tres continuae extruuntur cellae, (sed forte pro plurimo gregis numero, nam Varro pro ducentis duas caveas coniunctas constituendas monet) quarum perpetua frons orienti sit obversa. In ea deinde fronte exiguus detur omnino aditus mediae cellae, quae ipsa tribus minima esse debet in altitudinem, et quoque versus pedes septem: in ea singuli dext<e>ro, laevoque pariete aditus ad utramque cellam faciendi sunt, iuncti parieti, qui est intrantibus adversus. Huic autem focus applicetur tam longus, ut nec impediatur praedictus aditus, et ab eo fumus perveniat ad utramque cellam, eaeque longitudinis, et altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media<:> sublimitas{:} divida{n}tur tabulatis quae supra se quaternos, et infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant. Utraque tabulata Gallinis servire debent, et ea parvis ab oriente singulis illuminari fenestellis, quae et ipsae matutinum praebeant exitum avibus ad cohortem, nec minus {ad} vespertinum introitum, sed curandum erit, ut semper noctibus claudantur, quo tutius aves maneant. Intra tabulata maiores fenestrae aperiantur, et eae clatris muniantur, ne possint noxia irreperere animalia. Sic tamen ut illustria sint loca, quo commodius habitent, aviariusque subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis foetus.

Nam etiam in iis locis ita crassos parietes aedificare convenit, ut excisa per ordinem, Gallinarum cubilia recipiant: in quibus aut ova edantur, aut excludantur pulli. Hoc enim et salubrius, et elegantius est, quam illud quod <quidam> faciunt, ut palis in parietes vehementer actis, vimineos qualos super imponant. {Sic} <Sive> autem parietibus, ita, ut diximus<, > cavatis, aut qualis vimineis praeponenda erunt vestibula, per quae matricibus ad cubilia vel pariendi, vel incubandi causa perveniunt. Neque enim debent ipsis nidis

modo particolare, tant'è che Palladio* ha detto che è sufficiente che si servano del fumo, della polvere e della cenere. Per cui ancora ai giorni nostri vengono perlomeno costruiti sopra un forno o perlomeno in prossimità di un camino.

Dunque, Columella dice che per tutto quanto il *laboratorio* vengono costruiti tre ambienti contigui, (ma forse per un grandissimo numero di soggetti, infatti Varrone consiglia di costruire due recinti contigui per duecento soggetti) la cui parte frontale deve essere tutta rivolta a oriente. Quindi, su questa parte frontale, deve trovarsi un ingresso molto piccolo alla cella centrale, che deve essere la più piccola delle tre e che in altezza e in ogni altra direzione deve misurare 7 piedi: al suo interno bisogna creare un singolo ingresso per le altre due celle, che si deve trovare sulla parete destra e su quella di sinistra, e che debbono essere contigui alla parete che si trova di fronte a coloro che entrano. A questa parete venga applicato un focolare di una lunghezza tale che non sia di ostacolo per i predetti ingressi e che il fumo possa da esso giungere a tutte e due le altre celle, le quali debbono avere una lunghezza e un'altezza di 12 piedi, e una larghezza che non deve essere maggiore rispetto a quella centrale: la loro altezza deve essere divisa con dei ripiani che sopra di loro debbono lasciare liberi 4 piedi e 7 piedi al disotto, in quanto essi ne occupano uno. Ambedue i ripiani debbono servire alle galline, e inoltre debbono essere illuminati da oriente da singole finestrelle, le quali possano anche dare la possibilità ai volatili di uscire nel cortile al mattino, e così pure di entrare alla sera, ma bisognerà avere cura che durante la notte vengano sempre chiuse affinché i volatili pernottino con più sicurezza. Al disotto dei ripiani si aprano delle finestre più grandi e vengano munite di grate affinché non possano introdursi di soppiatto animali nocivi. In modo tuttavia che i locali siano ben illuminati affinché vi possano soggiornare piuttosto bene, e l'incaricato del pollaio deve spesso controllare colei che cova o colei che fa schiudere le uova.

Infatti anche in questi locali è opportuno innalzare delle pareti tanto spesse da poter accogliere i nidi delle galline incavati in fila: nei quali o possono venir deposte le uova o possano nascere i pulcini. Questo sistema infatti è sia più salubre sia più corretto di quello che alcuni mettono in atto, cioè dopo aver spinto con forza dei pali nelle pareti vi mettono sopra delle ceste di vimini. E davanti ai vani praticati nelle pareti così come abbiamo detto, oppure davanti alle ceste di vimini bisognerà mettere degli ingressi attraverso i quali le femmine possono arrivare ai nidi o per deporre o per covare. Infatti non debbono volare proprio sui nidi, affinché

⁵⁶⁹ *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 1: Gallinas educare nulla mulier nescit, quae modo videtur industria. Hoc de his praecepisse sufficiat, ut fumo, pulvere utantur et cinere.

involare, ne dum assiliunt, pedibus ova confringant, ascensus deinde avibus ad tabulata per utramque <cellam> datur iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint advolantibus lubrici. Sed ab {hac} cohorte fori{e}nsecus praedictis fenestellis scandulae similiter in<i>ungantur, quibus irrepant aves ad requiem nocturnam. Maxime autem curabimus ut et haec aviaria, et caetera, de quibus mox dicturi sumus intrinsecus, et extrinsecus poliantur opere tectorio, ne ad aves feles habeant{;} aut coluber accessum, et aequae noxiae prohibeantur pestes.

Tabulatis insistere dormientem avem non expedit, ne suo laedatur stercore, quod cum pedibus uncis adhaesit, podagram creat. Ea pernicies ut evitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres laevitas earum supersilientem volucrem non recipiat: conquadrate [230] deinde foratis duobus adversis parietibus induuntur, ita ut a tabulato pedalis altitudinis, et inter se bipedalis latitudinis spatio distent.

Haec erit cohortalis officinae dispositio, quam Columellae acceptam ferre debemus, a qua nonnihil diversa est, quam ponit Varro⁵⁷⁰. Si {ducentas} <ducentos>, inquit, alere velis, locus septus attribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad orientem versus, utraeque in longitudinem circa decem pedes, latitudine dimidio minores, et altitudine paulo humiliores. Utriusque fenestrae latitudine {bipedali} <tripedali>⁵⁷¹, et uno pede altiores, {a} <e> viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quicquam ire

con le zampe non rompano le uova mentre vi saltano sopra, inoltre attraverso ambedue le celle deve essere data ai volatili la possibilità di salire ai ripiani attraverso piccoli pioli fissati alla parete, i quali vengono un po' irruviditi facendovi delle scanalature, affinché non siano scivolosi per i soggetti che vi volano sopra. Ma all'esterno, dalla parte del cortile, allo stesso modo vengano fissate alle suddette finestrelle delle assicelle attraverso le quali i volatili possano arrampicarsi per il riposo notturno. Ma ci preoccuperemo in modo particolare che sia queste uccelliere sia le altre di cui diremo tra poco vengano rese lisce con intonaco sia all'interno che all'esterno, affinché la faina* o un serpente non abbiano accesso ai volatili, ed egualmente vengano tenute lontane le malattie nocive.

Non è bene che un volatile che dorme se ne stia sui ripiani, affinché non venga danneggiato dal suo sterco, il quale, una volta che abbia aderito alle zampe adunche, causa la podagra* - pododermatite. Allo scopo di evitare questo danno, si fanno le pertiche a sezione quadrata, affinché una levigatezza ben tornita non si opponga ad accogliere il volatile quando vi si posa: così squadrate, vengono poi infilate nei fori praticati in due pareti opposte, in modo tale che siano distanti dal ripiano per uno spazio dell'altezza di un piede, e tra di loro della larghezza di due piedi.

Pagina 230

Questo sarà l'assetto del *laboratorio* del cortile che dobbiamo riconoscere come dovuto a Columella*, dal quale è un po' diverso quello che propone Varrone*. Egli dice: Se vuoi allevare 200 soggetti bisogna assegnare un luogo recintato in cui vanno costruiti due grandi locali contigui che debbono essere rivolti a oriente, ambedue della lunghezza di circa 10 piedi, più piccoli in larghezza della metà, e poco più bassi in altezza. Le finestre di ciascun locale debbono avere la larghezza di 3 piedi, e debbono essere più alte di un piede, fatte di vimini a trama larga, in modo da fornire molta luce senza che attraverso di loro possa entrare qualcosa che possa nuocere alle galline. Fra i due

⁵⁷⁰ *Rerum rusticarum* III,9,6-7: [6] Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos et Melicos et Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri et ad proliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores. Si ducentos alere velis, locus saeptus adtribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad exorientem versus, utraeque in longitudinem circiter decem pedum, latitudine dimidio minores, altitudine paulo humiliores: in utraque fenestra lata tripedalis, et eae pede altiores e viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quicquam ire intro possit, quae nocere solent gallinis. [7] Inter duas ostium sit, qua gallinarius, curator earum, ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas perticas in pariete exclusa sint cubilia earum. Ante sit, ut dixi, vestibulum saeptum, in quo diurno tempore esse possint atque in pulvere volutari. Praeterea sit cella grandis, in qua curator habitet, ita ut in parietibus circum omnia plena sint cubilia gallinarum aut exsculpta aut adficta firmiter. Motus enim, cum incubat, nocet.

⁵⁷¹ Il conforto che la larghezza sia *tripedali* e non *bipedali* ci viene anche da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 424: Si ducentas alere velis, locus septus attribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad exorientem versus, utraeque in longitudinem circiter decem pedes, latitudine dimidio minores (latitudine paulo minus, Crescenti) et altitudine paulo humiliores. Utriusque fenestrae latitudine tripedali, et co(uno)pede altiores, e viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quicquam ire intro possit quod nocere solet gallinis. - Ma anche Gessner ha *ducentas* invece di *ducentos*.

intro possit, quod nocere possit Gallinis. Inter duas ostium sit, qua Gallinarius curator earum ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint ut omnes sustinere possint Gallinas. Contra singulas perticas in pariete exculpta sint cubilia earum. Ante sit, ut dixi, vestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in pulvere volutari. Praeterea sit cella grandis in qua curator habitet, ita ut in parietibus circum omnia posita sint cubilia Gallinarum aut exculpta, aut affixa firmiter, motus enim, cum incubant, nocet.

Haec ille, quanvis Florentinus non plures, quam quinquaginta in uno aviario nutrir prohibeat, quod in angusto arctatae labefactentur. Quapropter aviarium magnum sit, necesse est. Columella ducenta capita unius custodis curam requirere etiam scripsit, eamque sedulam, ne vel ab hominibus, aut insidiosis animalibus aliqua diripiantur. Quod vero ad cortem attinet, ea ad meridiem pateat, et soli obiecta sit, quo facilius hyeme aliquem tepore <m> concipiat. Porticus furcis, asseribus, et fronde formandi, {quae} <qui> vel scandulis, vel si copia suppetit, tegulis, vel, si facilius, et sine impensa placuerit, caricibus, aut genistis tegendi, ut aestate caloris saevitia temperetur, animaliaque ceu in umbra degant. Columella⁵⁷² monet, ut pulvis siccus, et cinis, ubicunque cohortem porticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponatur, ut sit, quo aves se perfundant. Nam his rebus, inquit plumas, pennasque emundant, si modo credimus Ephesio {Heraclito} <Heraclito>, qui ait⁵⁷³, sues coeno, aves cohortales pulvere vel cinere lavari.

Qui itaque emolumenti causa hocce avium genus educare volunt, aediculam qualem ex Columella, vel ex Varrone descripsimus, aedificare poterunt, et quae sequentur, diligenter observare. Nonnulli, teste Leontino, {domunculos} <domunculas>, et nidos purgant, ipsasque aves sulphure, asphalto, pice{a} lustrant, sed et ferri laminam, ac clavorum capita, atque lauri surculos imponunt nidis, ut quae ad arcenda prodigia (textus

ambienti ci sia un'apertura attraverso cui possa passare l'addetto al pollaio, che si prende cura di esse. Dentro ai locali debbono trovarsi numerose pertiche che li attraversano in modo tale che possano sorreggere tutte le galline. Di fronte alle singole pertiche debbono trovarsi i loro nidi che sono stati scavati nella parete. Sul davanti ci deve essere uno spazio recintato in cui possano stare durante il giorno e rotolarsi nella polvere. Inoltre vi deve essere un locale ampio in cui possa stare l'addetto, in modo che tutt'intorno sulle pareti si trovino tutti i nidi delle galline, o scavati, o saldamente fissati, poiché quando covano il movimento è nocivo.

Queste le sue parole, benché Florentino* vieti che in un solo pollaio vengano allevate più di cinquanta galline, in quanto pigiate in un posto angusto si indebolirebbero. Motivo per cui è necessario che un pollaio sia ampio. Columella ha anche scritto che 200 soggetti richiedono l'impegno di un solo custode, e tale impegno deve essere attivo, affinché alcuni soggetti non vengano saccheggianti dagli uomini o da animali pericolosi. Ma per quanto riguarda il cortile, esso deve essere aperto a sud e deve essere esposto al sole, in modo che d'inverno possa assorbire più facilmente un po' di tepore. Bisogna costruire dei portici con forcelle, travi e ghirlande di foglie, i quali vanno ricoperti o con assicelle, o con tegole se sono in quantità sufficiente, oppure, se sembrerà più facile e senza spesa, con canne palustri o con ginestre, affinché d'estate venga mitigata l'intensità del calore e gli animali possano vivere come all'ombra. Columella suggerisce che dappertutto dove il portico o il tetto proteggono il cortile, venga deposta vicino alle pareti della polvere asciutta e della cenere, affinché ci sia un posto dove i volatili possano fare il bagno. Infatti, dice, con queste cose si ripuliscono le piume e le penne, se appena crediamo a Eraclito di Efeso*, il quale dice che i maiali si lavano col fango, i volatili da cortile con la polvere o con la cenere.

Pertanto, coloro che vogliono allevare questo genere di volatili per motivi di guadagno, potranno costruire una piccola casa come l'abbiamo descritta in base a Columella e a Varrone, e dovranno osservare con diligenza le cose che seguiranno. Alcuni, testimone Leontinus - un geoponico*, purificano le casette e i nidi, e purificano i volatili stessi, con zolfo*, asfalto - o bitume*, pece, ma mettono sui nidi anche una lamina di ferro e delle teste di chiodi nonché dei rametti di alloro*, in quanto sembra che tali cose siano dotate di

⁵⁷² *De re rustica* VIII,4,4: Siccus etiam pulvis et cinis, ubicunque cohortem porticus vel tectum protegit, iuxta parietem reponendus est, ut sit quo aves se perfundant. Nam his rebus plumam pinnasque emundant, si modo credimus Ephesio Heraclito, qui ait sues caeno, cohortales aves pulvere lavari. - *Heraclito* invece di *Heraclito* è tratto bellamente da Conrad Gessner *Historia animalium* III (1555) pag. 425: Siccus etiam pulvis, et cinis ubicunque cohortem porticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus est, ut sit, quo aves se perfundant. nam his rebus plumam, pinnasque emundant: si modo credimus Ephesio Heraclito, qui ait sues coeno, cohortales aves pulvere, vel cinere lavari, Columella.

⁵⁷³ Eraclito di Efeso, *Sulla natura*, fr. 37 Diels-Kranz.

Graecus habet *διοσημείας* tempestates) omnia magnam vim habere videntur. Sed eiusmodi remedia, ut diximus nimiam sedulitatem veterum declarant.

Gallorum etiam ratio habenda est ut totius Gallinarum numeri sexta pars mares sint, sed id minime observatur a nostris Gallinariis, cum alioqui haud ab re ab antiquis Geoponicis ea norma tradita sit. Quoniam si plures Gallinae fuerint, Gallum nimio coitu enervant. Si ergo forte evenerit, quod Gallum vel noviter emeris, vel dono acceperis, eumque in corte tua {eum} <cum> reliquo grege educare volueris, non temere statim, ac fortuito solutum dimittes. Sed curabis, si alii Galli ibi sint, ne ab eis fugetur. Aelianus⁵⁷⁴ eiusmodi Gallum recentem sponte fugitivum ad suos familiares, et compascales, utcunque procul allatus fuerit, se recipere tradit, ideoque custodia ipsum muniendum, et vinculis occultioribus, quam quibus apud Homerum⁵⁷⁵ {Vulcanus} <Mars> irretitur, coercendum, idque hunc in modum effici, si ei fidem adhibes, (nam revera fabulam sapit) mensam super qua cibum capere soles, in medium cortis siste, et Gallum ter circa ipsam circumfero, atque ita cum caeteris avibus domesticis liberum dimittito. Sic enim tanquam vinctus nusquam aufugiet. Sed Gallus ad suos non revertetur, ut ille ait, nisi a vicinis tuis illum emas, nam tunc propter veterem pellicum amorem facile domum repetit.

Quod vero ad reliquam *ὄρνιθοτροφίαν*, seu, ut Columella⁵⁷⁶ vertit, rationem cohortalem attinet, ea iam in solo victu, et potu consistere videtur. Victus autem ratio ob duas potissimum causas instituitur, ut scilicet vel ova pariant, et proli {incubant} <incubent>, vel pro hominum futuro pastu saginentur. Sed cum animantia sint pamphaga, nihilque non devorent, absumantque naturae suae caliditate {adiuti} <adiuta>, adeo ut non solum praeter omnia fere granorum genera, omnium

un grande potere nel tenere lontano tutte le cose nefande (il testo greco ha *diosēmeías* - prodigi, segni celesti - cioè sciagure). Ma rimedi di questo tipo, come abbiamo detto, mettono in luce l'eccessiva sollecitudine degli antichi.

Bisogna anche tener conto dei galli, affinché i maschi rappresentino la sesta parte del numero delle galline, ma ciò non viene minimamente tenuto in considerazione dai nostri addetti al pollaio, nonostante tale norma sia stata tramandata dagli antichi geoponici non senza motivo. Dal momento che se le galline saranno troppe, estenuano il gallo con un coito eccessivo. Pertanto se si sarà verificato che recentemente hai acquistato un gallo oppure che l'hai ricevuto in regalo, e vorrai allevarlo nel tuo recinto insieme al restante branco, non lo lascerai subito andare libero con avventatezza e a casaccio. Ma ti preoccuperai, se vi si trovano altri galli, che non venga messo in fuga da loro. Eliano* riferisce che un siffatto gallo giunto di recente mettendosi spontaneamente in fuga si rifugerebbe presso i suoi amici e i compagni di pascolo, a qualsivoglia distanza sarà stato portato, e che pertanto bisogna dotarlo di un custode e bisogna legarlo con catene più invisibili di quelle con cui, stando a Omero*, viene intrappolato Marte* - vedi *Vulcano il cornuto** - e, se gli vuoi mostrare fiducia (infatti a dire il vero ha il sapore di una favola), bisogna eseguirlo nel seguente modo: colloca al centro del cortile il tavolo sul quale sei solito mangiare e porterai il gallo a farci tre giri intorno, e quindi lo lascerai libero insieme agli altri volatili domestici. Infatti così non fuggirà da nessuna parte quasi fosse incatenato. Ma il gallo, come lui dice, non tornerà dai suoi amici, a meno che tu non lo compri dai tuoi vicini, infatti allora torna a casa facilmente a causa di un antico amore per le concubine.

Ma per quanto riguarda ciò che resta da dire circa l'allevamento dei polli - *ornithotrophian* - o, come traduce Columella, *ratio cohortalis* - la scienza del cortile, sembra infine che consista solo in ciò che si dà da mangiare e da bere. Il modo di alimentarli viene stabilito soprattutto per due motivi, cioè affinché depongano uova e custodiscano la prole, oppure per essere ingrassati in vista di un'alimentazione degli esseri umani. Ma dal momento che sono animali onnivori e che trangugiano e ingollano di tutto, favoriti dal calore della propria natura, tant'è che traggono diletto, lasciando da parte

⁵⁷⁴ *La natura degli animali* II,30.

⁵⁷⁵ *Odissea* 8,274 sgg. (Francesco Maspero, 1998) The reference in Homer's *Odyssey* 8. 266-366, should be to Ares, not Vulcan. (Lind, 1963) - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 404: Alectryon quidam adolescens Marti acceptus fuit, quem Mars aliquando cum Venere concubiturus in domo Vulcani pro vigile secum ducebat, ut si quis appareret, Sol oriens praesertim, indicaret. Ille vero somno victus cum Solis ortum non indicasset, Mars a Vulcano deprehensus et irretitus est. Qui postea dimissus, Alectryoni iratus in avem eum mutavit una cum armis quae prius gerebat, ita ut pro galea cristam haberet. Itaque memor deinceps huius rei alectryon, etiam nunc ales, id tempus quo Sol prope ortum est, quo scilicet Vulcanus domum reverti solebat, cantu designat. Fabulam memorant Lucianus, et ex eo interpretatus Caelius Rhodiginus, et Aristophanis Scholiastes, et Eustathius in octavum *Odyssaeae*, et Varinus.

⁵⁷⁶ *De re rustica* VIII,2,6: His enim curis et ministeriis exercetur ratio cohortalis, quam Graeci vocant ornithotrophian.

animantium cum terrestrium, tum aquatiliū carnibus oblectentur verumetiam nec humanis stercoribus, nec serpentibus, scorpionibus, eiusmodique animalibus, venenatis sibi temperent, quinim<u>o conficiant ac nonnunquam arenas, lapillosque ingluvie sua devoratos, teste Dioscoride⁵⁷⁷, dissolvant: nam cum hos in ventriculo aperto tantum reperire sit, (unde et Gallicum vulgus, ut scribit Laurentius Io<u>bertus⁵⁷⁸ Gallus, earum avium ventriculum {perie} <perie> vocat a petris, quas patria lingua peiras dicunt⁵⁷⁹) nunquam vero in intestinis, itaque non dissolvi tantum, sed confici etiam ab illis quispiam non inepte iudicet, quia non prius descendit conclusa ventriculo materia, quam sit emollita, et in {chylum} <chylum>⁵⁸⁰ conversa. Quinim<u>o avium genus, maxime earum, quae non sunt carnivorae, et seminibus pascuntur potissimum, ut Gallinae, ventriculi membranam habet densissimam, in eaque nativum calorem valde acrem, ut est in c<h>alybe ignito ob subiecti soliditatem.

quasi tutti i tipi di granaglie, non solo dalle carni di tutti gli animali sia terrestri che acquatici, ma non si astengono né dalle feci umane, né dai serpenti, dagli scorpioni e da animali velenosi siffatti, talora mangiano addirittura anche i granelli di sabbia e, come riferisce Dioscoride*, dissolvono con il loro stomaco i sassolini ingoiati: infatti dal momento che li si trova solamente nello stomaco dopo che è stato aperto (per cui, come scrive il francese Laurent Joubert* anche la gente comune francese chiama lo stomaco di tali uccelli *perie* dalle pietre, che nella loro lingua dicono *peiras*) ma giammai nelle anse intestinali, per cui qualcuno potrebbe concludere non a sproposito che vengono da loro non solo dissolti, ma anche prodotti, in quanto il materiale che si trova racchiuso nello stomaco non scende prima di essere diventato molle e convertito in chilo* - oggi detto chimo. Inoltre il genere degli uccelli, soprattutto di quelli che non sono carnivori e che si nutrono soprattutto di semi, come le galline, possiede una parete dello stomaco molto ispessita, e nel suo spessore possiedono un calore innato molto forte, come è presente in un oggetto in acciaio* arroventato a causa della compattezza del materiale che lo costituisce.

Pagina 231

Atque ut is calor conservetur, est tunicae illi {circumdicta} <circumducta> [231] caro multa, densaque ac crassa: ut non sit mirum aves solidissima quaeque posse conficere. Cum itaque iam ita omnia devorent, naturaque ventriculum largita sit tam mirifice calidum, iure merito de edacibus, helluonibusque hominibus ac omnia sua ligurientibus natum est adagium *Gallorum incusato ventrem*⁵⁸¹, quod ex Aristophane⁵⁸² desumptum videtur: ait enim:

E, affinché questo calore venga conservato, intorno a quella tunica si trova disposta molta carne densa, e spessa: tant'è che non ci sarebbe da stupirsi che degli uccelli sono in grado di sminuzzare tutte le cose più solide. Pertanto, dal momento che in questo modo possono senz'altro divorare qualunque cosa, e che la natura ha concesso uno stomaco così straordinariamente caldo, a giusta ragione a proposito di quegli uomini che sono voraci e molto ghiotti, e che leccano tutte le loro cose, è nato il proverbio *Dovrai aver*

⁵⁷⁷ La citazione non è farina del sacco di Aldrovandi, bensì di quello di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 383: Gallinae calida natura praeditae sunt. nam et venena conficiunt, et aridissima quaeque semina consumunt. et nonnunquam arenas lapillosque ingluvie sua devoratos dissolvunt, Dioscor. - Salvo leggere tutto quanto il testo di Dioscoride nelle svariate edizioni, nonostante un accanimento e una perseveranza da certosino mi è risultato impossibile localizzare questa affermazione di Dioscoride riferita da Gessner. Dioscoride può benissimo aver affermato tutto ciò, oppure si tratta di un'erronea citazione di Gessner a noi propinata da Aldrovandi.

⁵⁷⁸ Laurent Joubert, *Disputatio de febribus putridis; in qua tria de febribus paradoxa L. J. excutiuntur* (1580); cited by Aldrovandi as *In Apologia pro paradoxis*, Book 7, Decade 2. (Lind, 1963)

⁵⁷⁹ Aldrovandi ne ha già parlato a pagina 199: Gallicum vulgus, quod tanquam parergon interiectum esto, inquit Laurentius Ioubertus, Gallinarum ventriculum, si bene memini, perie vocat a petris, quas patria lingua peiras dicunt: quoniam raro absque lapillis reperitur. - Roberto Ricciardi puntualizza che in dialetto alessandrino - oltre che in quello valenzano - si dice pré, essendo *preia* la pietra.

⁵⁸⁰ Confronta per esempio Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 442: Alii cum vitelli sic in patella assi ad chylum illum pervenerunt, amplius adhuc coquunt, donec materia tota siccarum ac denigrari incipiat: quae paulo post iterum liquescet, et multum humorem nigrum et ex adustione graveolentem remittet.

⁵⁸¹ Aldrovandi, da buon prestigiatore, manipola il proverbio di Erasmo*, per cui da *Gallorum incusare ventres* crea un *Gallorum incusato ventrem*, e lo fa passare come suo, tralasciando di citare la fonte. Ben diversamente si è comportato Gessner nel riportare tutta la sfilza di proverbi desunti da Erasmo. Se a qualcuno desse fastidio questa mia ennesima filippica contro Aldrovandi, la riprova sta nel fatto che *Mibi dixerat ventrem esse Gallinacei | Velociter enim concoquet hoc argentulum* corrisponde al 100% con quanto scritto da Erasmo. - Nell'edizione degli *Adagia* di Erasmo del 1550 (Lugduni, apud Sebastianum Gryphium) questo proverbio corrisponde a II,10,97 (Chiliadis II Centuria X - XCVII).

*Mibi dixerat ventrem esse Gallinacei
Velociter enim concoquet hoc argentulum.*

Ut modo partum Gallinarum promoveamus, commodumque ex iis nobis percipiamus, cibos convenientes exhibebimus, cavebimusque ne devorent, quae sterilitatem inducant. Columella⁵⁸³ pro optimis cibariis praeberi scribit hordeum pinsitum, et viciam, nec non cicerculam, tum etiam milium, aut panicum: sed haec ubi {utilitas} <vilitas> annonae permittit: ubi vero ea est carior, excreta tritici minute commode dari: quod per se id frumentum, etiam quibus locis vilissimum est, non utiliter praebetur <, quia obest avibus>. Posse etiam lolium decoctum offerri, nec minus furfures modice a farina excretos: hos vero si nihil habeant farris, non esse idoneos, nec tantum appeti <ieiunis>. Palladius⁵⁸⁴ ova maiora parere tradidit, et saepius, si hordeum semicoctum exhibeatur. Rasis idem facti<ta>turas promittit Nasturtii seminibus tritis, cum furfure, et cum vino {subactas} <subactis>, ac in cibum oblati. Item magna ova tibi parient Gallinae, si testam Laconicam tusam furfuribus, et vino admiscueris, et subactam Gallinis obieceris: item ad eundem effectum rubricam dissolutam cibo earum admiscebis.

Sunt qui parere nequeuntibus Gallinis Melanthii semen, quod vulgo gith vocatur, exhibeant. Matthiolus⁵⁸⁵ experientia sese compertum habere asserit Gallinas, quae hyeme, quo tempore propter algoris saevitiam raro ova parere solent, cannabis semine vescuntur, numerosiore ovorum partu gaudere, et Brasavola per totam hyemem ova {a}edere testatur. Quod certe insigni privilegio fecerint, cum alioqui, teste Simeone Sethi, cannabis

da ridire della pancia dei galli, che sembra sia stato desunto da Aristofane*: infatti dice:

*Mi aveva detto che avevo una pancia di un gallo
Infatti digerirà in fretta questa moneta d'argento.*

Ma per dare impulso alla deposizione di uova da parte delle galline e per poterne ricavare un utile, dovremo dare dei cibi adatti, e faremo attenzione che non divorino quelle cose che sono in grado di indurre sterilità. Columella* scrive che degli ottimi mangimi da dare sono l'orzo* pestato e la veccia*, nonché la cicercia*, quindi anche il miglio* oppure il panico*: ma questi due quando il basso prezzo di mercato dei cereali lo permette: ma quando è più elevato, si può benissimo dare della pula di frumento in piccola quantità: in quanto tale frumento intero, anche in quelle località in cui è a costo molto basso, non viene dato da mangiare con profitto, poiché è nocivo ai volatili. Si può anche dare del loglio* cotto e inoltre della crusca poco impoverita di farina: infatti se la crusca non possiede più farina, non è adatta, e neppure viene desiderata quando sono digiuni. Palladio* ha tramandato che depongono uova più grandi, e più frequentemente, se viene dato da mangiare dell'orzo semicotto. Razi* garantisce che lo faranno abitualmente coi semi tritati di nasturtio* impastati insieme alla crusca e al vino e offerti come cibo. Parimenti le galline ti deporranno delle uova grandi se mischierai con delle crusche e con del vino un vaso in terracotta della Laconia* frantumato, e lo darai da mangiare alle galline dopo averlo impastato: parimenti, per ottenere lo stesso effetto, dovrai mescolare al loro cibo della terra rossa polverizzata.

Vi sono alcuni che darebbero da mangiare alle galline che non riescono a deporre le uova. il seme della nigella*, che dal popolo è detto gith*. Pierandrea Mattioli* asserisce di aver personalmente scoperto attraverso l'esperienza che in inverno, stagione in cui di rado sono solite deporre uova a causa dei rigori del gelo, quelle galline che si cibano del seme della canapa* godono di una deposizione di uova più numerosa, e Antonio Brasavola* dichiara che depongono uova per tutta la durata dell'inverno. Certamente l'avranno

⁵⁸² Dalla commedia composta nel 422 aC: Σφήκες - *Le vespe*, 794-95. Ecco il relativo testo completo. È Filocleone che parla: Ἀλεκτρονόος μ'ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν, | "Ταχύ γοῦν καθέψεις τὰργύριον", ἢ δ'ὄς λέγων.

⁵⁸³ *De re rustica* VIII,4,1: Cibaria gallinis praebentur optima pinsitum hordeum et vicia, nec minus cicercula, tum etiam milium aut panicum. Sed haec ubi vilitas annonae permittit; ubi vero ea est carior, excreta tritici minuta commode dantur. Nam per se id frumentum, etiam quibus locis vilissimum est, non utiliter praebetur, quia obest avibus. Potest etiam lolium decoctum obici, nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tamen appetuntur ieiunis. § È assai verosimile che Aldrovandi abbia dedotto *minute* dal testo di Gessner (*Historia animalium* III, 1555, pag. 432): ubi vero ea est carior, excreta tritici minute commode dantur. nam per se id frumentum, etiam quibus locis utilissimum est, non utiliter praebetur, quia obest avibus. Oppure Aldrovandi ha dedotto il testo di Columella dalla stessa fonte utilizzata da Gessner. Sta di fatto che, se si usa l'avverbio *minute* associato a *quia obest avibus*, questo *minute* lo si traduce benissimo con "in piccola quantità", visto che nuoce ai polli. Invece Aldrovandi omette *quia obest avibus*, per cui bisognerebbe emendare con *minuta*. Ma vale la pena emendare aggiungendo *quia obest avibus* di Columella (e di Gessner) e lasciare inalterato *minute*.

⁵⁸⁴ *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 1: Hordeo semicocto et parere saepe coguntur et reddunt ova maiora. Duobus cyathis hordei bene pascitur una gallina, quae circuit.

⁵⁸⁵ *Commentari a Dioscoride* III, 148. (Aldrovandi)

semen in homine genituram instar caphurae exiccet. Sunt qui furfuribus coctis tanta crassitie, quanta sumi a Gallina poterunt matura Urticae semina immiscent, et sic per hyemem incalescere, et foecundiores fieri promittunt: aliqui etiam urticas exiccant, manibus atterunt, in futuram hyemem servant, et in aqua pro illarum cibo decoquunt ob eandem scilicet causam.

Sed Brasavola ex semine urticae idem promittit, quod alii ex cannabis semine. Aliqui item viscum decoquunt: cuius quidem pabulo foecunditatem dari cuicumque animali, Plinius alibi⁵⁸⁶ auctor est. Crescentiensis gralegae, sive rutae caprariae⁵⁸⁷ semen dicere quosdam asseverat, mirabiliter foecunditatem Gallinarum augere. Contra vinacea sterilitatem inducunt. Quae res nostras mulieres minime latet, quando prorsus cavent ne toto eo tempore, quo pariunt, ea degustent. Unde Andreas a Lacuna non parum hallucinatus videri potest, {γόνιμα} <γόνιμον>⁵⁸⁸ quod ex vinaceis acinis cohiberi Florentinus scribit, firmitudinem vertens, cum foecunditatem transferre debebat: sed, ut videtur nominis vicinitate falsus {μόνιμα} <μόνιμον> legit.

Vetus item hactenus opinio inolevit fabarum esum Gallinis sterilitatem conciliare: inde, ut

ottenuto grazie a un singolare privilegio, dal momento che peraltro, testimone Simeon Sethi*, negli esseri umani il seme della canapa prosciuga il liquido seminale come la canfora*. Vi sono alcuni che mescolano i semi maturi di ortica* alla crusca cotta fino a farla diventare tanto densa quanto può essere assunta da una gallina, e assicurano che in questo modo durante l'inverno si riscaldano e diventano più feconde: alcuni fanno anche seccare le ortiche, le sminuzzano con le mani, le conservano in vista dell'inverno che verrà, e le fanno cuocere bene in acqua come cibo destinato a loro, ovviamente per lo stesso motivo.

Ma Brasavola garantisce dal seme dell'ortica la stessa cosa che altri promettono dal seme della canapa. Parimenti alcuni fanno cuocere a lungo il vischio: Plinio* in un passo scrive che usandolo come cibo si può procurare la fecondità a qualsiasi animale. Pier de' Crescenzi* sostiene che alcuni affermano che il seme della galega*, ossia della capraggine, aumenta in modo straordinario la fecondità delle galline. Invece le vinacce inducono la sterilità. Cosa che non è assolutamente sconosciuta alle nostre donne, dal momento che fanno di tutto per evitare che le assaggino durante tutto il periodo in cui depongono uova. Per cui Andrés de Laguna* sembra aver preso un abbaglio non da poco traducendo con *vigore* la parola *gónimon* - fertile - che Florentino* scrive venir bloccato dagli acini delle vinacce, mentre doveva tradurre con *fecondità*: ma, a quanto pare, deve aver letto *mónimon* - stabile - in quanto tratto in inganno dalla rassomiglianza del vocabolo.

Parimenti un'antica credenza che si è mantenuta fino ai nostri giorni ha inculcato la convinzione che il mangiare

⁵⁸⁶ Plinio, parlando del visco: *NH XVI,251*: Fecunditatem eo potō dari cuicumque animalium sterili arbitrantur, contra venena esse omnia remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est. - *XXIV,12*: Quidam et galbanum adiciunt pari pondere singulorum eoque modo et ad vulnera utuntur. unguium scabritias exolit, si septenis diebus illinantur nitroque conluantur. quidam id religione efficacius fieri putant prima luna collectum e robore sine ferro, si terram non attigerit; comitialibus mederi, conceptum feminarum adiuvarē, si omnino secum habeant; ulcera commanducato inpositoque efficacissime sanari.

⁵⁸⁷ La citazione non è tratta direttamente da Pier de' Crescenzi, bensì da quella fonte inesauribile rappresentata da Conrad Gessner *Historia animalium III* (1555) pag. 426: Gralegae (Rutae caprariae) semen dicunt mirabiliter foecunditatem gallinarum augere, Crescentiensis. - La dimostrazione che la fonte è Gessner è rappresentata dalla sinonimia fra *galega* - o *gralega* - e *ruta capraria* reperibile nelle opere botaniche dello zurighese. - Gessner deve aver tratto il testo di de' Crescenzi da un'edizione latina di *Ruralium commodorum libri XII* e magari da quella edita a Basilea nel 1548 che va sotto il nome di *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*. Infatti nell'edizione del 1490 della traduzione italiana di *Ruralia commoda* non ricorre la voce singola *Gralega* come invece avviene nell'edizione latina del 1548, perlomeno nel libro VI dedicato alle erbe. - Ecco il testo di de' Crescenzi: *Gralega dicitur impinguare terram si viridis vertatur in eam. Itidem dicitur quod eius semen mirabiliter facit ovare gallinas.* (liber VI, pag. 216 *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*, 1548)

⁶⁶⁹ Clearco di Soli (scrittore greco del IV-III sec. aC discepolo d'Aristotele) frammento 36W in *Deipnosophistai* IX,42,389f: i galli "dalla falsa immagine riflessa <in uno specchio> sono soltanto spinti al combattimento".

⁶⁷⁰ *Naturalis historia* X,47: Imperitant suo generi et regnum in quacumque sunt domo exercent. Dimicatione paritur hoc inter ipsos velut ideo tela agnata cruribus suis intellegentium, nec finis saepe commorientibus.

⁶⁷¹ Lucilius, in E. Warmington, *Remains of old Latin*: Loeb Classical Library. III (1938), 100, frag. 328-29; F. Marx, *C. Lucilii Carminum Reliquiae* (Leipzig, 1904), I, p.22, frag. 300. (Lind, 1963)

Sustulit in digitos, primoresque erigit ungues.

Ubi, teste Nonio, primores ungues pro anterioribus dixit: quod non putem, cum non iis unguibus, sed calcaribus dimicent, quae etsi in posterioribus tibiatarum partibus fere sita sint, inter insiliendum tamen, cum scilicet adversarios feriunt, iis ita uti norunt, ac si ad anteriora locata forent. Ab eiusmodi certamine vulgare extat adagium: *Gallus insilit*, in eum, qui semel victus redintegrat certamen: quod sane saevissimum conspicitur: unde dicebat D. Augustinus⁶⁷²: *Cum ecce ante fores advertimus Gallos Gallinaceos ineuntes pugnam nimis acrem*. Et paulo post pugnam ita describit: *Ut in eiusdem ipsis Gallis erat videre intenta proiectius capita, inflatas comas, vehementes ictus, cautissimas evitationes, et in omni motu animalium rationis expertium nihil non decorum: quippe alia ratione desuper omnia moderante: postremo legem ipsam victoris, superbum cantum, et membra in unum quasi orbem collecta, velut in fastum dominationis*.

Sed doctissime idem certamen hisce versibus quam breviter Angelus Politianus⁶⁷³ complexus est:

*Et regnum sibi Marte parant, quippe obvia rostris
Rostra ferunt, crebrisque acuunt assaltibus iras.
Ignescunt animis, et calcem calce repulsant
Infesto: adversumque, affligunt pectore pectus.
Victor ovans, cantu palmam testatur, et hosti
Insultans victo, pavidum pede calcat iniquo.
Ille silet, latebrasque petit, dominumque superbum
Ferre gemit: comes it merito plebs caetera regi.*

Quanquam etenim Gallus animal natura pugna est, ac magnanimum, ut diximus, ubi tamen se sentit imparem in conflictu, mire deiectus, ac supplex profugit, seseque occultat pudore suffusus, risum spectatoribus movens. Ita apud Theocritum⁶⁷⁴ {Amyntas} <Amicus> Pollucem ad certamen provocans. Tuus, inquit, ego, tu meus (nimirum victus) vocabere, quia φοινικολόφων, id est, alitum rubricristatarum talia sunt certamina. Signum autem victi, inquit D. Augustinus⁶⁷⁵, elatas a cervice pennulas, et in voce, atque motu, deforme totum et eo ipso naturae legibus, nescio quo concinnum, et pulchrum.

e solleva la punta delle unghie.

Dove, secondo Nonio Marcello*, ha detto unghie *primores* nel senso di anteriori: ma io non la penserei così, in quanto combattono non con queste unghie, ma con gli speroni, i quali anche se sono situati praticamente nella parte posteriore del tarsometatarso, tuttavia, mentre spiccano l'assalto, cioè mentre feriscono gli avversari, hanno imparato a servirsene come se fossero situati anteriormente. Da siffatto modo di combattere deriva un adagio comune: *Il gallo va all'assalto*, rivolto a colui che una volta sconfitto riprende il combattimento: il che viene considerato come una cosa davvero molto spietata: per cui Sant'Agostino* diceva: *Quand'ecco davanti alla soglia osserviamo i galli che danno inizio a un combattimento troppo violento*. E poco dopo descrive così il combattimento: *Come nei suoi stessi galli era possibile vedere le teste tese in avanti in modo più spiccato, le loro mantelline rigonfie, i colpi violenti, lo scansarsi molto pronto, e in qualsiasi tipo di movimento nulla di sconveniente per degli animali sprovisti di ragione: dal momento che un'altro tipo di ragione governa dall'alto tutte le cose: insomma la legge stessa del vincitore, il canto superbo e le membra raccolte per così dire in un solo movimento circolare, come in una ostentazione di potere assoluto*.

Ma in modo molto abile Angelo Poliziano* ha riassunto molto brevemente con questi versi lo stesso modo di combattere: *E si procacciano il regno attraverso il combattimento, giacché vibrano i becchi contro i becchi, e con frequenti assalti acquiscono la loro ira. Si infiammano nello spirito e respingono il calcagno con un ostile calcagno, e urtano con il petto il petto che sta di fronte. Il vincitore esultando dichiara la vittoria col canto, e saltando sopra al nemico sconfitto, calpesta il pauroso col suo piede crudele. Costui se ne sta zitto e va in cerca di un nascondiglio, e si lamenta di dover sopportare un signore superbo: il resto del gruppo necessariamente si accompagna al re*.

Anche se il gallo, come abbiamo detto, è un animale per natura combattivo e magnanimo, tuttavia quando in uno scontro si sente inferiore, se ne fugge estremamente scoraggiato e supplichevole, e si nasconde pervaso dalla vergogna, suscitando il riso in coloro che lo osservano. Così in Teocrito*, Amico*, provocando Polluce* al combattimento, dice: *Io sarò chiamato la tua, tu sarai chiamato la mia* (ovviamente, vittima) *in quanto tali sono i combattimenti dei phoinikolóphon, cioè, degli uccelli dalla cresta rossa*. Sant'Agostino dice: *Il segnale di quello che è stato vinto sono le piume erette del collo, e nella voce e nel modo di muoversi, una totale deformazione, e proprio per questo, secondo le leggi della natura, risiede qualcosa di armonioso e bello*.

⁶⁷² *De ordine*, tomus I, liber I. (Aldrovandi)

⁶⁷³ *Rusticus* 392-399.

⁶⁷⁴ *Idilli* XXII 71-72: <Ἄμ.> σὸς μὲν ἐγὼ, σὺ δ'ἐμὸς κεκλήσῃαι, αἶ κε κτατήσω. <Πολ.> ὀρνίθων φοινικολόφων τοιοῦδε κυδοιμοί.

⁶⁷⁵ Loco citato. (Aldrovandi) - Cioè, *De ordine*, tomus I, liber I.

Idem scribunt Plinius⁶⁷⁶, et Aelianus⁶⁷⁷: quorum {hic} <ille>: *Quod si, inquit, palma contingit, statim in victoria canunt, seque ipsi principes testantur. Victus occultatur silens, aegreque servitium patitur, et plebs tamen aequae superba graditur, ardua cervice, cristis celsa. Caelumque sola volucrum {aspicit, crebro} <aspicit crebra,> in sublime caudam quoque falcata erigens. {Ille} <Hic> vero clarius: *Quod si, inquit, cum altero pugnans vincatur, idcirco non canit, quod ex illa mala pugna spiritus fracti illi vocem supprimant. Cuius offensionis verecundia confusus in primam quamque latebram sese occultat. Sed si ex certamine victoriam reportavit, tum oculorum eminentia, tum cervice erecta simul et cantus contentione insolenter effertur et triumphantis similis est.**

Hallucinatur igitur alibi Aristophanis interpres, quando a Gallo victo victorem insectari scribit. Fugere autem victum ipsum Aristophanem minime latuisse, ex proverbiali istoc, quod alibi⁶⁷⁸ protulit, dicto, est manifestum Πτήσσει⁶⁷⁹ Φρύνιχος ὡσπερ ἀλέκτωρ, id est, *horret Phrynichus sicut Gallus*. Fuit autem hic Phrynichus⁶⁸⁰ Melanthae filius, Atheniensis tragoediarum scriptor, quem Athenienses mille drachmis mulctarunt, quod Milesiorum excidium tragoedia complexus esset. Meminit eiusdem adagii Plutarchus⁶⁸¹, qui cum antea fuisset ferox {}, et insolens<,>⁶⁸² ex Socratis familiaritate, cuius singularem integritatem suspiciebat, coepit esse mansuetus ac

La stessa cosa scrivono Plinio ed Eliano*, il primo dei quali dice: *Ma se tocca loro in sorte la vittoria, subito cantano vittoriosi, e si proclamano sovrani. Quello che è stato sconfitto si nasconde in silenzio e sopporta malvolentieri la sottomissione, tuttavia anche il popolo, ugualmente superbo, cammina a testa alta, con la cresta eretta. E il gallo è il solo fra gli uccelli a guardare spesso il cielo, alzando verso l'alto anche la coda ricurva come una falce.* Ma il secondo dice in modo più chiaro: *Ma se viene sconfitto mentre sta combattendo con un altro non canta in quanto la fiera ira infranta da quel brutto combattimento gli fa perdere la voce. Turbato dalla vergogna di un simile scacco va a nascondersi nel primo buco che gli capita a tiro. Ma se dal combattimento ha conseguito la vittoria, sia con la prominente degli occhi, sia tenendo il collo eretto non disgiunto da un accanimento nel cantare si insuperbisce in modo arrogante e diventa simile a un trionfatore.*

Pertanto in un punto l'interprete di Aristofane* prende un abbaglio quando scrive che il vincitore viene inseguito dal gallo sconfitto. Che Aristofane non fosse assolutamente all'oscuro del fatto che lo sconfitto fugge è evidente da questo modo di dire proverbiale che egli ha citato in una sua composizione *Ptēosei Phrynichos hōsper alēktor*, cioè, *Frinico trema di paura come un gallo*. Dunque, questo Frinico* fu figlio di Melanta e uno scrittore ateniese di tragedie che gli Ateniesi punirono con una multa di mille dracme in quanto aveva descritto in una tragedia - *La presa di Mileto* - l'eccidio degli abitanti di Mileto*. Plutarco* fa menzione dello stesso adagio, in quanto lui - Alcibiade* - mentre prima era stato tracotante e insolente, grazie all'amicizia intima con Socrate* del quale ammirava l'eccezionale onestà

⁶⁷⁶ *Naturalis historia* X,47: Quod si palma contingit, statim in victoria canunt seque ipsi principes testantur; victus occultatur silens aegreque servitium patitur. Et plebs tamen aequae superba graditur ardua cervice, cristis celsa, caelumque sola volucrum aspicit crebra, in sublime caudam quoque falcata erigens.

⁶⁷⁷ *La natura degli animali* IV, 29: Un gallo sconfitto in un combattimento che lo oppone a un altro gallo non potrebbe più cantare; si sentirebbe troppo abbattuto nello spirito e andrebbe a nascondersi per la vergogna. Se invece vince, diventa spavaldo, rizza il collo e si dà le arie di un trionfatore. (traduzione di Francesco Maspero)

⁶⁷⁸ *Le vespe*, 1490. (Lind, 1963)

⁶⁷⁹ Questo verbo - πτήσσω - viene riportato da Gessner nel suo *Lexicon graecolatinum* (1537), ma è assente nei dizionari correnti dove al suo posto - nel senso di rintanarsi, farsi piccolo per la paura o sbigottito o preso da terrore - troviamo πτήσσω derivato da πέτομαι = io volo. Da notare che πτήσις anche nel lessico di Gessner significa il volo.

⁶⁸⁰ Se ne parlerà anche a pagina 273. - Vedi Eliano *Variae historiae* Libri XIII - XIII,17: PROVERBIUM, ET DE PHRYNICHOS - Vesperum examen metuit Phrynichus velut gallinaceus: proverbium convenit in eos, qui damnum patiuntur. cum enim Phrynichus tragicus Mileti captivitatem ageret, Athenienses metuentem perhorrescentemque lachrymantem eiecerunt. (*Claudii Aeliani opera quae extant omnia Graecae Latineque*, Tiguri, apud Gesneros Fratres, 1556, pagina 501- Iusto Vulteo VVetterano interprete)

⁶⁸¹ *Life of Alcibiades** 4.3. (Lind, 1963)

⁶⁸² La posizione di una virgola può far cambiare il senso della frase. Il merito di questa correzione lo dobbiamo a Gessner. Stando alla punteggiatura di Aldrovandi, sembrerebbe che Alcibiade fosse tracotante a causa della familiarità con Socrate. Invece accadde l'opposto: dopo essere diventato intimo di Socrate, Alcibiade cominciò a moderarsi. - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 410: Meminit huius et Plutarchus in Alcibiade, qui cum antea fuisset ferox et insolens, ex Socratis familiaritate coepit esse mansuetus ac modestus. - Lind addirittura non ha capito - dalla nota a bordo pagina di Aldrovandi - che si trattasse di Alcibiade. Secondo Lind si tratta di un uovo non meglio identificabile: "Plutarch mentioned the same adage of a man who, fierce and insolent before, became gentle and modest when, through association with Socrates, he learned to know that philosopher's singular integrity of character."

modestus. Citat autem hunc senarium⁶⁸³ e quoriam poeta.

Ἐπτηξ'ἀλέκτωρ ὡς κλίνας πτερόν, id est,
Pavidus refugit more Gallinaei
Cum victus alas ille submittit suas.

Usurpatur vero id adagium in male affectum, et commotum, aut etiam pavitantem. Πτήσσειν enim Graecis fugitare significat, atque expavescere. Peculialiter autem de avibus dicitur. Similiter *superatus es a Gallo quoriam*: iocus⁶⁸⁴ proverbialis dicitur in servos, qui dominos a tergo sequuntur, supplices videlicet, et abiecti, cuiusmodi nimirum solent esse Galli superati in pugna. Non tamen animositate vincuntur hae alites, sed viribus, et eleganter antiquissimus Ion poeta Tragicus⁶⁸⁵ his versibus ostendit.

Nec iam corpore, utroque, et ocello
Ictibus obtuso ille fatiscit,
[238] *Robore sed labente gemiscit*
Et vivus servire recusat.

Quod postremum, etsi non usque adeo semper verum sit, nisi viribus tamen victum cedere certum est: contra fit in plerisque aliis animalibus, quorum fere semper alia aliis ante initam pugnam sua sponte cedunt.

Quod intelligens Miltiades Atheniensium imperator, cum Rex Persarum excito Asiae robore tam multa milia traiecisset in Europam, quasi ad primum clamorem oppressurus Graeciam, convocatis in {Panatheniicum} <Panathenaicum> conventum sociis pugnantes ostendit has alites, ut Philo Iudaeus scriptum reliquit⁶⁸⁶, ratus hoc

cominciò a essere tranquillo e moderato. Infatti Plutarco cita questo trimetro giambico da un qualche poeta:

Ἐπτῆξ'ἀλέκτωρ ὅς κλίνας πτερόν, cioè,
Se ne fugge impaurito come un gallo
Quando dopo essere stato sconfitto abbassa le sue ali.

In realtà questo adagio si usa nei riguardi di una persona che è travagliata, agitata, o anche in preda alla paura. Infatti per i Greci πτήσσειν significa fuggire, e anche ritirarsi spaventato. Infatti lo si dice in modo particolare a proposito degli uccelli. Parimenti si dice *Sei stato sconfitto da un qualche gallo* come facezia sotto forma di proverbio nei confronti di servi che seguono i padroni stando alle loro spalle, cioè supplichevoli e dimessi, proprio come sono soliti comportarsi i galli sconfitti in combattimento. Tuttavia questi uccelli non vengono sconfitti grazie al coraggio, ma grazie alla forza, e in modo elegante lo dimostra l'antichissimo poeta tragico Ione di Chio* con questi versi:

E quando il corpo e ambedue i piccoli occhi
sono stati colpiti dalle stoccate, egli non desiste mai,
ma geme venendogli meno le forze
e si rifiuta di fare lo schiavo da vivo.

Pagina 238

L'ultima cosa, anche se non sempre è vera sino a tal punto, tuttavia è una cosa certa che cede solo se è stato piegato con la forza: il contrario avviene nella maggior parte degli altri animali, alcuni dei quali spontaneamente si sottomettono agli altri prima che il combattimento abbia avuto inizio.

Consapevole di ciò, Milziade*, stratego degli Ateniesi, dal momento che il re dei Persiani - Dario I* - dopo aver suscitato il vigore dell'Asia aveva traghettato in Europa tante migliaia di uomini come per sottomettere la Grecia al primo urlo di guerra, dopo aver convocato gli alleati all'assemblea panatenaica* mostrò questi uccelli in combattimento, come ha lasciato scritto Filone Giudeo - Filone di Alessandria*, convinto che

⁶⁸³ Nell'edizione degli *Adagia* di Erasmo* del 1550 (Lugduni, apud Sebastianum Gryphium) questo proverbio corrisponde a II,2,26 (Chiliadis II Centuria II - XXVI).

⁶⁸⁴ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 410: Sumptum est ex Aristophane nisi me fallit memoria. Refertur ab {Eudemo} <Euelpide>, Erasmus. - L'errore Eudemo/Euelpide è contenuto nel proverbio IV,2,78 (Chiliadis III Centuria II - LXXVIII) degli *Adagia* di Erasmo del 1550 (Lugduni, apud Sebastianum Gryphium). - La spiegazione del misfatto di Erasmo, non emendato da Gessner, potrebbe essere assai semplice. Infatti Euelpide in greco viene abbreviato con Ἐυε. ma Erasmo potrebbe aver letto Ἐυδ., facendoci così scervellare alla ricerca di chi fosse questo fantomatico Eudemo*. Erasmo manco si ricordava chi erano i personaggi degli *Uccelli* di Aristofane! Infatti la frase si trova ai versi 70-71: Ἐυε. ἡττήθης τινὸς | ἀλεκτρούνος.

⁶⁸⁵ Dovrebbe trattarsi del frammento 53.

⁶⁸⁶ L'opera di Filone alla quale si riferisce Aldrovandi è intitolata Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον - *Quod omnis probus liber sit* - *Ogni uomo onesto è libero* - *Every good man is free* - *A treatise to prove that every man who is virtuous is also free* come è stata intitolata da Charles Duke Yonge (1812-1891) del quale si riporta il passo tradotto in inglese dal greco: XIX. (131) And moreover any one who considers the matter may find even among the brute beasts examples of the freedom which exists among men, as he may of all other human blessings. At all events, cocks are accustomed to contend with one another, and to display such an actual affection for danger, that in order to save themselves from yielding or submitting, even if they are inferior in power to their adversary they will not bear to be inferior in courage, for they endure even to death. (132) And Miltiades, the famous general of the

spectaculum maiorem vim habiturum, ad promovendum eorum animos, quam orationem. Nec eum fefellit sua opinio. Spectata enim, inquit Philo, in brutis patientia, pertinacique contentione usque ad necem pugnantibus invicto pectore, correptis armis eam expeditionem susceperunt, quasi bellaturi cum ingenti strage hostium, contemptis mortibus, et vulneribus, ut saltem insepelirentur libero solo patriae. Nihil enim ad rem gnaviter gerendam excitat, ac deteriorum victoria maior, quam sperari poterat. Tradit item Diogenes Laërtius⁶⁸⁷, Socratem Iphicrati duci animos adiecisse, cum ei ostendisset Gallos Gallinaceos tonsoris Midiae adversus eos, qui erant Calliae, pennis, ac rostro dimicantes. Quam utilitatem agnovit et Chrysippus⁶⁸⁸, dum Gallorum aemulatione injici nobis ad fortitudinem stimulos, et subijci calcaria prodidit.

Quinimo fuisse apud antiquos historia docet, qui Gallos ad certamen instituerent, quos Columella⁶⁸⁹ <rixosarum> avium {lauistas} <lanistas> vocavit. Plinius⁶⁹⁰ author est Pergami Gallorum spectaculum velut gladiatorum quotannis {a}edi. Apud Tarnasaros⁶⁹¹ Indiae populos, nobiliores pugna

questo spettacolo avrebbe avuto una forza maggiore nell'incitare i loro animi rispetto a un discorso. E la sua aspettativa non lo trasse in inganno. Filone dice che, avendo infatti osservato negli animali la capacità di resistere, e la lotta ostinata fino a causare la morte ai contendenti con spirito invincibile, prese le armi diedero inizio a quella spedizione, con l'intenzione di combattere a prezzo di una grande strage di nemici, disprezzando la morte e le ferite, per essere perlomeno sepolti nel suolo libero della patria. Infatti nulla è in grado di stimolare a compiere con impegno un'impresa, e una vittoria di coloro che sono inferiori è maggiore di quanto ci si potrebbe aspettare. Parimenti Diogene Laerzio* racconta che Socrate* infuse coraggio allo stratega Ificrate* mostrandogli i galli del barbiere Midia che combattevano con penne e becco contro quelli che appartenevano a Callia*. Anche Crisippo* ne riconobbe l'utilità, dal momento che ci ha tramandato che gli stimoli a essere forti ci vengono inculcati attraverso l'emulazione dei galli, e che gli speroni vanno sollevati in aria.

Nondimeno, la storia insegna che presso gli antichi c'erano coloro che addestravano i galli al combattimento, che Columella* chiamò addestratori di uccelli da combattimento. Plinio* riferisce che tutti gli anni a Pergamo* veniva allestito uno spettacolo come se si trattasse di gladiatori. Presso le popolazioni Tarnasari* dell'India quelli di rango più elevato non solo

Athenians, seeing this, when the king of the Persians having roused up all the might of Asia, was invading Europe with many myriads of soldiers, as if he were going to destroy all Greece with the mere shout of his army, having collected all the allies at the festival called the panathenaea, showed them a battle between these birds, thinking that the encouragement which they would derive from such a sight would be more powerful than any argument. (133) And he was not deceived, for when they had seen the patient enduring and honourable feeling of these irrational animals, which could not be subdued by any means short of death itself, they snatched up their arms and rushed eagerly to war, as resolving to fight against their enemies with their bodies, and being utterly indifferent to wounds and death, being willing to die for their freedom, so that at all events they might be buried in the still free soil of their native country; for there is nothing which acts so forcibly in the way of exhortation so as to improve the character, as an unhoped-for success in the case of those whom men look upon as inferior to themselves. (134) Moreover the tragic writer, Ion, mentions the contentious spirit of those birds in the following lines: "Nor though wounded in each limb, | Nor though his eyes with blows are dim, | Will he forget his might; | But still, though much fatigued, will crow, | Preferring death to undergo | Than slavery, or slight." - Conrad Gessner trattando del gallo in *Historia animalium III* (1555) non fa questa citazione di Filone. È assai verosimile che Gessner non avesse a disposizione l'opera filosofica di Filone in quanto la prima edizione in stampa del testo greco apparve a Parigi nel 1552 grazie all'editore A. Tournèbe.

⁶⁸⁷ *Le vite, le opinioni, gli apostegmi dei filosofi celebri*, II, Socrate, 12: He also inspired Iphicrates, the general, with courage, by showing him the gamecocks of Midias the barber, pluming themselves against those of Callias;[...] (translated by C.D. Yonge - <http://classicspersuasion.org>)

⁶⁸⁸ *De Iustitia* (Aldrovandi). - *Sulla giustizia* = SVF III, 705, ap. - Conrad Gessner, *Historia Animalium III* (1555), pag. 407: Proditur memoriae Socratem Iphicrati duci animos adiecisse, quum ei praemonstrasset gallinaceos coram Callia pennis ac rostro dimicantes. Chrysippus etiam in libro de iustitia (ut refert Stobaeus) gallorum aemulatione injici nobis ad fortitudinem stimulos et subijci calcaria prodidit, Caelius.

⁶⁸⁹ *De re rustica* VIII,2,5: Nobis nostrum vernaculum maxime placet, omisso tamen illo studio Graecorum, qui ferocissimum quemque alitem certaminibus et pugnae praeeparabant. Nos enim censemus instituere vectigal industrii patrisfamiliae, non rixosarum avium lanistae, cuius plerumque totum patrimonium, pignus aleae, victor gallinaceus pyctes abstulit.

⁶⁹⁰ *Naturalis historia* X,50: Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur ceu gladiatorum.

⁶⁹¹ Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555), pag. 387: Circa Tarnasari urbem Indiae gallinaceos procerissimos videre memini: ex quorum sane acerrimis conflictibus summam voluptatem cepi. nam quotidie huic ludo per medios vicos Mahumetanorum animi causa opera dabatur, mirumque est Mahumetanorum pro hac re certamen. habent privi privos gallos gallinaceos, eosque committunt aliis, expositis quandoque pro alitum futura victoria utrinque aureis centenis singulo congressu. Conspicati sumus senis horis concertantes alites, nec prius illae modum proelio faciebant, quam occubuissent, Ludovicus Romanus. [Lodovico de Varthema*]

eorum, ad quam tantummodo eos nutriunt, non oblectantur tantum, sed centum etiam aureos deponunt, quos ille, cuius Gallus in certamine superior evasit, domum victor reportat. Aiunt vero qui eas regiones peragraverunt, Gallorum eorum certamen quinque quandoque horas durare, et victum victori nisi morte cedere quam saepissime. Idem certamen colunt Iavae insulae incolae, necnon qui Pulaoan insulam habitant.

Verum nunquid id longo tempore fecerint, ut saltem verisimile est, mihi nondum cognitum est: Graecos id olim observasse tum ex allata Plinii autoritate, tum ex Aeliano⁶⁹² etiam clarum est, qui Themistoclem contra barbaros exercitum ducentem duos in itinere Gallos forte pugnantem vidisse prodit, ac imperasse, ut miles desisteret, acceptaque de hac pugna occasione, docuisse bonis, et strenuis civibus, pluris patriam, liberos, uxores, parentes, Deosque penates aestimandos, quam Gallis solam victoriae opinionem. Qua de re consule Caelium⁶⁹³. Cum igitur victor redisset, instituisse, ut quotannis Gallinaceorum pugna Athenis publice exhiberetur. Quem morem etiamnum apud Bohemos in hunc diem durare audio, ubi primores praeparare Gallos aiunt pugnae, quasi gladiatoriae, fierique sponsiones pretii non parvi, dum unusquisque pecuniae summam largam deponit, quam dominus victoris Gallinacei aufert⁶⁹⁴. Et Io. Goropius⁶⁹⁵ id Ambivaritis populis, teste Caesare, Galliae Belgicae in usu fuisse refert, magna ambitione duabus inter se certantibus factionibus, atque id cum in pagis, tum maxime in ipsa urbe, cui a Ducis sylva nomen est, (vulgo Tshertighen

si dilettano dei loro combattimenti per i quali unicamente li allevano, ma mettono anche a disposizione cento monete d'oro che da vincitore si porta a casa colui il cui gallo è risultato più forte in combattimento. In realtà coloro che hanno viaggiato attraverso quelle regioni dicono che il combattimento dei loro galli talvolta dura cinque ore, e che molto ma molto spesso il vinto non cede al vincitore se non con la morte. Lo stesso tipo di combattimento lo coltivano gli abitanti dell'isola di Giava*, come pure quelli che abitano sull'isola di Pulaoan* - o Palawan.

A dire il vero, se hanno fatto ciò per lungo tempo, come è perlomeno verosimile, non sono ancora riuscito a venirne a capo: che in passato i Greci abbiano tenuto ciò in considerazione risulta evidente sia dalla citata testimonianza di Plinio, come anche da Eliano*, il quale riferisce che Themistocle* mentre guidava l'esercito contro i barbari durante la marcia vide per caso due galli che combattevano, e che diede ordine che l'esercito si fermasse, e colta l'occasione da questo combattimento, insegnò che i cittadini virtuosi e diligenti devono tenere in considerazione la patria, i figli, le mogli, i genitori e le divinità domestiche più di quanto i galli debbano tenere in considerazione la sola fama derivante dalla vittoria. A questo proposito consulta Celio Calcagnini*. Pertanto, dopo aver fatto ritorno come vincitore, stabilì che annualmente in Atene si svolgesse pubblicamente un combattimento di galli. Sento dire che ancora adesso presso gli abitanti della Boemia* tale usanza dura fino a tutt'oggi, dove dicono che le persone più eminenti preparano i galli a un combattimento come fra gladiatori, e che si fanno delle scommesse di non poca entità, dal momento che ciascuno mette a disposizione una grossa somma di denaro che si porta via il padrone del gallo vincitore. E Ioannes Goropius - Jan van Gorp* - riferisce che, stando alla testimonianza di Cesare*, ciò era nelle consuetudini presso le popolazioni

⁶⁹² *Storia varia* libro II. - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 387: Contra Barbaros cum Themistocles exercitum duceret, et gallos non ignaviter pugnantem animadvertisset, exercitum confirmavit, his verbis ad milites usus: At hi neque pro patria, neque pro penatibus, neque pro sepulchris maiorum, atque libertate, neque pro pueris mala sustinent: sed ut ne vincantur, neuter cedit alteri. Quae cum dixisset, Atheniensibus animum auxit. Itaque id factum, quod eis fuisset significatio (incitamentum) ad virtutem, ad similitudinem factorum monumentum servari voluerunt, Gillius ex Aeliani lib. 2. Variorum.

⁶⁹³ *Lectio Antiquarum libri xx*, liber 17, caput 32. (Aldrovandi) - Eliano *Variae historiae* Libri XIII - II,28: UNDE CERTAMEN GALLORUM GALLINACEORUM INITIUM TRAXERIT - Post devictos Persas, Athenienses lege posuerunt, ut galli gallinacei quotannis uno die certamen in theatro inirent. Unde vero sumpserit occasionem haec lex, planum faciam. Cum Themistocles civicum exercitum adversus barbaros educeret, gallos gallinaceos vidit pugnantem: neque ille spectatorem sese oscitantem eius pugnae praebuit. Sed totum exercitum cohibens, inquit ad ipsos: At hi neque pro patria, neque pro diis familiaribus, neque vero pro avitis heroibus periculum subeunt, neque pro gloria, neque pro libertate, neque pro liberis: sed tantum, ne alter ab altero superetur, aut alter alteri cedat. Quibus verbis Atheniensium animum confirmavit. Quod ergo tunc eis incitamentum ad virtutem extitit, voluit ad similitudinem rerum et factorum memoriam sempiternam consecrare. (*Claudii Aeliani opera quae extant omnia Graece Latineque*, Tiguri, apud Gesneros Fratres, 1556, pagina 394 - Iusto Vulteio VVetterano interprete)

⁶⁹⁴ Filippo Beroaldo il Vecchio*. Il dato si può desumere da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 387: Avium lanistae a Columella dicuntur, qui gallinas (gallos) parant, instruuntque ad certamen. qui mos hodieque durat apud Boemos: ubi primores praeparant gallos gallinaceos pugnae quasi gladiatoriae, fiuntque sponsiones pretii non parvi, dum unusquisque pecuniam largam deponit, quam aufert dominus victoris gallinacei, Beroaldus.

⁶⁹⁵ *Origines Antwerpianae, sive, Cimmericorum Becceslana, Novem Libros Complexa - Gothodanica* liber VII.

bos: est autem Brabantiae nobilis urbs, et regi catholico adversus Hollandos semper maximis in belli periculis fidem servans) per octo integros dies in ipsa curia Gallos ad pugnam committi, ingenti partium studio, et sollicita victoriae expectatione: in hac vero tantum exardescere, ut ipse viderit ex Gallinaceorum certamine ad equestre duellum aliquem alium provocasse, in eoque alterum virum in primis strenuum, et veteranum equitem lancea in fronte ictum occubuisse eodem fere modo, quo Henricus Rex Franciae, cui per oculi alterius cavitatem pars fractae lanceae in cerebri sedem est adacta. Legimus denique apud Gallos eiusmodi Gallinaceorum pugnantium spectacula in scholis edi: quod forte et ipsi fecerint, ut non alacriores tantum iuvenum suorum ad pugnam animos reddant, sed etiam speratae, ac optatae victoriae cupidos.

Veteres, ut Gallinacei in pugna facilius adversus hostes suos tutarentur, stimulis ferreis aeneisque, quos Sipontinus plectra dici asserit, illos armabant: unde etiamnum extat adagium αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον, id est *tolle calcar ultorium*: in eum nimirum, qui iam ultionem parat: sumptum autem est adagium ex Aristophane⁶⁹⁶, cum ait: αἶρε πλῆκτρον εἰ μάχῃ, hoc est *tolle calcar, si pugnas*.

Iucundum vero, inquit Caelius⁶⁹⁷, quod observatum hac parte non reticebimus, Gallinaceis mox compugnaturis allium in cibis obijci solitum, quo acrius decertarent, ex quo facetissime in veteri {comediae} <comoedia>⁶⁹⁸ ἐσκοροδισμένος, id est, allio pastus, quod scorodon vocant, pro vehementi, ac nimis in pugnam proclivi quandoque dicitur. Eodem modo proficiscentes, iique qui bella, et castra sequuntur, allium gustant quod eos agiles reddat, vires addat, et animum acuat. Exhibetur etiam equis una cum pane, et vino, ut ad praelium euntes facilius labores futuros sustineant, ferocioresque fiant.

degli Ambivariti* della Gallia Belgica, dal momento che due fazioni rivaleggiavano tra loro a causa di una grande ambizione, e che avveniva sia nei villaggi che, soprattutto, nella stessa città, che prende il nome dalla foresta del loro comandante, (comunemente detta 's-Hertogenbosch*: è infatti una famosa città del Brabante*, e che rimane sempre fedele al re cattolico durante gli enormi pericoli della guerra contro gli Olandesi) e per otto giorni interi i galli venivano fatti combattere fra loro nella curia* stessa, con un grande entusiasmo delle parti avverse e con un'ansiosa speranza della vittoria: e durante l'attesa si infiammavano a tal punto che egli stesso fu testimone del fatto che a causa del combattimento dei galli qualcuno sfidò un altro a un duello a cavallo, e che durante il duello uno dei due uomini, cavaliere particolarmente valoroso ed esperto, cadde colpito in fronte da una lancia quasi allo stesso modo di Enrico II* re di Francia, al quale andò a conficcarsi nel cervello lo spezzone di una lancia passato attraverso una delle due orbite oculari. Leggiamo infine che presso i Galli* venivano allestiti nella scuole siffatti spettacoli di galli combattenti: probabilmente l'avranno fatto non solo per rendere più pronti alla battaglia gli animi dei loro giovani, ma anche bramosi di una vittoria sperata e desiderata.

Gli antichi, affinché durante il combattimento i galli potessero più facilmente difendersi contro i loro avversari, li armavano di speroni di ferro e di bronzo, e Sipontinus - Nicolò Perotto* - afferma che erano detti *plectra* - plettri: da cui ancora adesso esiste l'adagio *αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον*, cioè *Metti lo sperone vendicatore*: ovviamente rivolto a colui che sta già preparando una vendetta: ma l'adagio è desunto da Aristofane*, quando dice: *αἶρε πλῆκτρον εἰ μάχῃ*, cioè, *Metti lo sperone se combatti*.

Ma a questo punto non passeremo sotto silenzio una cosa spassosa che è stata osservata. Celio Calcagnini dice che abitualmente ai galli in procinto di combattere veniva dato dell'aglio nel loro mangime affinché lottassero più accanitamente, da cui in modo molto spiritoso nella commedia antica talora si dice *ἐσκοροδισμένος*, cioè nutrito con l'aglio che chiamano *skórodon*, a voler significare un soggetto impetuoso e troppo incline allo scontro. Allo stesso modo coloro che stanno partendo, e coloro che si recano alle guerre e negli accampamenti, mangiano l'aglio in quanto li rende agili, infonde energie e aguzza la mente. Viene dato anche ai cavalli insieme a pane e vino, affinché andando in battaglia possano sopportare più facilmente gli sforzi

⁶⁹⁶ *Gli uccelli*, 759.

⁶⁹⁷ *Lectioinum Antiquarum libri xx*, liber 16, caput 13. (Aldrovandi)

⁶⁹⁸ La tortuosità di Aldrovandi è impareggiabile! Se ne sovverte il testo basandoci sulla linearità di quello di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 386: Gallinaceis mox compugnaturis allium in cibis obijcere solebant, quo acrius decertarent. Ex quo facetissime in veteri comoedia, *ἐσκοροδισμένος*, id est allio pastus, pro vehementi ac nimis in pugnam proclivi dicitur quandoque, Caelius.

[239] Plinius⁶⁹⁹ item Gallinaceos pugnaciores reddi auctor est, si in cibum eorum {polytrichon} <polytrichon>, {et} <vel> trichomanes adda{n}tur. Idem praestare aiunt adiantum⁷⁰⁰: quod Io. Baptista Porta ideo fieri putat, quia haec herba Galli cristam quodammodo aemuletur.

Caeterum inter Gallos alii aliis praeferebantur. Laudabantur autem in primis, teste Plinio⁷⁰¹ Rhodii, et Tanagraei: secundo Melici (Lego Medici) et Chalcidici. *Iam ex his*, inquit, <quidam> *ad bella tantum, et praelia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodum, {ac} <aut> Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis, ac Chalcidicis, ut plane dignae aliti tantum honoris {praebeat} <perhibeat>*⁷⁰² *Romana purpura.* Hinc facile hunc Suidae⁷⁰³ locum restituas: ἀλεκτρούνα ἀθλητήν ταναγραῖον, hoc est *Gallinaceum athletam Tanagraeum.* Deest enim copulativa coniunctio⁷⁰⁴, quae et alibi apud eundem habetur: Ἀλεκτρούνα καὶ ἀθλητήν ταναγραῖον, ubi eam proverbialiter {hoc} <hic> accipi scribit: sive Gallinaceum

Parimenti Plinio* dice che i galli vengono resi più combattivi se nel loro mangime viene aggiunto il capelvenere* oppure il capelvenere falso. Dicono che lo stesso effetto lo produce il capelvenere: Giambattista Della Porta* ritiene che ciò avviene per questo motivo, per il fatto che quest'erba in qualche modo imita la cresta del gallo.

D'altronde tra i galli alcuni erano preferiti ad altri. Infatti, testimone Plinio, erano in primo luogo elogiati quelli di Rodi* e di Tanagra*: in secondo luogo i *Melici* (io dico della Media*) e di Calcide*. *Tra questi*, dice, *alcuni nascono soltanto per incessanti lotte e combattimenti, grazie ai quali hanno anche reso famosa la loro patria, Rodi o Tanagra. Il secondo posto è stato dato a quelli della Media e di Calcide, cosicché i porporati romani rendono tanto onore a un uccello del tutto meritevole.* Da questo brano puoi facilmente restaurare questo passaggio del lessico Suida*: *alektryóna athlētēn tanagraíon*, cioè *Il gallo atleta di Tanagra.* Infatti manca la congiunzione copulativa che anche altrove nel medesimo è mantenuta: *Alektryóna kai athlētēn tanagraíon* - *Il gallo e l'atleta di Tanagra* - dove scrive che tale congiunzione viene usata in questo caso proverbialmente: sia che tu dicessi gallo di

⁶⁹⁹ Dioscoride* parla non di pernici, ma di quaglie e galli che diventano più combattivi, solo quando tratta dell'Adiantum (IV,131) corrispondente al nostro Capelvenere (*Adiantum capillus-veneris*) e non a proposito del Trichomanes. Si veda il testo e l'iconografia di Mattioli* alla voce capelvenere*. Se non bastasse, è la foglia del capelvenere che ricorda la cresta del gallo, come giustamente rimarcato da Giambattista Della Porta. - Plinio *Naturalis historia* XXII,62-65: [62] Aliud adianto miraculum: aestate viret, bruma non marcescit, aquas respuit, perfusum mersumve sicco simile est — tanta dissociatio deprehenditur —, unde et nomen a Graecis alioqui frutici topiario. Quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu. Tinguunt enim capillum et ad hoc decoquitur in vino cum semine apii adiecto oleo copioso, ut crispum densumque faciat; et defluere autem prohibet. [63] Duo genera eius: candidius et nigrum breviusque. Id, quod maius est, polytrichon, aliqui trichomanes vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis felicis, ex quibus inferiora aspera ac fusca sunt, omnia autem contrariis pediculis, densa ex adverso inter se, radix mula. Umbrosas petras parietumque aspergines ac fontium maxime specus sequitur et saxa manantia, quod miremur, cum aquas non sentiat. [64] Calculos e corpore mire pellit frangitque, utique nigrum, qua de causa potius quam quod in saxis nasceretur a nostris saxifragum appellatum crediderim. Bibitur e vino quantum terni decerpere digiti. Urinam cient, serpentium et araneorum venenis resistunt, in vino decocti alvum sistunt. Capitis dolores corona ex his sedat. contra scolopendrae morsus inlinuntur, crebro auferendi, ne perurant; hoc et in alopeciis. strumas discutunt furfuresque in facie et capitis manantia ulcera. [65] Decoctum ex his prodest suspiriosis et iocineri et lieni et felle subfusis et hydropicis. Stranguriae inlinuntur et renibus cum absinthio. Secundas cient et menstrua. sanguinem sistunt ex aceto aut rubi suco poti. infantes quoque exulcerati perunguntur ex iis cum rosaceo et vino. — (Virus folii in urina pueri inpubis tritum quidem cum aphronitro et inlitum ventri mulierum, ne rugosus fiat, praestare dicitur.) — Perdices et gallinaceos pugnaciores fieri putant in cibum eorum additis, pecorique esse utilissimos. - XXVII,138: Trichomanes adianto simile est, exilius modo nigriusque, foliis lenticulae, densis, parvis, adversis inter se. decoctum eius strangurias sanat in vino albo potum addito cumino rustico, lienem. Cohibet capillos fluentes aut, si effluerint, reparat alopeciasque densat tritum in oleo et inlitum. Sternumenta quoque gustatu movet.

⁷⁰⁰ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 386: Perdices et gallinaceos (Gallos et coturnices, Diosco.) pugnaciores fieri putant, in cibum eorum additis adianti ramulis, Plinius.

⁷⁰¹ *Naturalis historia* X,48: Iam ex his quidam ad bella tantum et proelia adsidua nascuntur - quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram; secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis -, ut plane dignae aliti tantum honoris perhibeat Romana purpura.

⁷⁰² *Praebeat* invece di *perhibeat* viene da Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 381: Secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis, ut plane dignae aliti tantum honoris {praebeat} <perhibeat> Romana purpura, Plinius.

⁷⁰³ Il testo completo del lessico Suida alla voce *Alektryóna* è il seguente: Ἀλεκτρούνα ἀθλητήν ταναγραῖον. ἄδονται δὲ εὐγενεῖς οὔτοι.

⁷⁰⁴ Il lessico Suida ha Ἀλεκτρούνα ἀθλητήν ταναγραῖον senza καὶ. Gottfried Bernhardt (1834) propose καὶ ἀθλητήν.

Tanagraeum, sive athl{a}etam Tanagraeum dicas, animosum et strenuum intelligas: elegantius vero fuerit, si hominem, et athl{a}etam pugnacem, ac fortem Gallinaceum Tanagraeum cognomines: quam si atletam Tanagraeum simpliciter. Non enim atletas a Tanagra laudatos legere memini, sed Gallos tantum⁷⁰⁵.

Iam vero ex his, quae dicta sunt, cuius satis liquido constare arbitror, Gallinaceos Gallos non solum pugnacissimas alites esse, et a servitio, iugoque abhorrere, sed ab antiquis, et a multis nostro aevo ob id in summo honore habitos; adeo ut olim Plato⁷⁰⁶ illorum stoliditatem ridens, sese amicam bonam potius, quam Gallum ἄριστον, id est optimum, seu pugnacissimum malle dixerit. Contra Pallas huiusce bellicosissimi alitis imaginem, ut testatur Pausanias⁷⁰⁷, in casside {suo} <sua> pictam tulit, et Mars sibi sacrum voluit, adeo ut utri{m}que bellorum Deo gratum fuisse videamus, atque hinc forte Aristophanes⁷⁰⁸ aves hominibus, Persis vero in primis imperasse per iocum scripsit: ait autem.

Quod autem non Dei igitur hominibus imperarunt antiquitus,

Sed aves et regnabant: multa sunt signa horum:

Statim autem vobis primum ostendam Gallum quod regnabat

Imperabatque Persis primum omnibus, Dario, et {Megabizo⁷⁰⁹} <Megabazo>:

Quare vocatur {Persicus} <Persica> avis a dominatione adhuc illa.

Sed verisimilius fuerit primum Persarum regem Gallum fuisse dictum, ut in aequivocis⁷¹⁰ diximus.

Tanagra, sia atleta di Tanagra, e tu intenderesti dire coraggioso e valoroso: ma sarebbe più elegante se tu chiamassi gallo di Tanagra un uomo e un atleta combattivo e forte: anziché semplicemente atleta di Tanagra. Infatti non ricordo di aver letto che gli atleti di Tanagra erano lodati, ma solo i galli.

Ordunque, da ciò che è stato detto penso che possa inequivocabilmente risultare a chiunque che i galli non solo sono degli uccelli assai bellicosi e che rifuggono dalla schiavitù e dal giogo, ma che a causa di ciò sono tenuti in grandissima considerazione dagli antichi e da molti nostri contemporanei; a tal punto che un tempo Platone* deridendone la stupidità avrebbe detto che lui preferiva essere un buon amico anziché un gallo *áriston*, cioè ottimo, o molto bellicoso. Al contrario la Pallade Atena*, come testimonia Pausania*, recò sul suo elmo l'immagine dipinta di questo bellicosissimo uccello, e Marte* lo volle a sé sacro, cosicché possiamo renderci conto che fu caro ad ambedue le divinità delle guerre, e forse da ciò Aristofane* scrisse per scherzo che furono gli uccelli a comandare sugli uomini, ma innanzitutto sui Persiani: infatti dice:

Ma pertanto nei tempi antichi non furono gli Dei a comandare sugli uomini

ma regnavano anche gli uccelli: sono molte le prove a carico di questi:

vi mostrerò subito per primo il gallo in quanto regnava e dominava per primo su tutti i Persiani, su Dario e Megabazo*:*

per cui viene tuttora detto uccello persiano a partire da quella egemonia.

Ma sarà più verosimile che il primo re dei Persiani fosse chiamato Gallo, come abbiamo detto nelle

⁷⁰⁵ Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 410: Ἀλεκτρυόνα ἀθλητήν Ταναγραῖον. Celebrantur enim isti a generositate, Suidas. Sed magis probo copulativam coniunctionem interseri, ut alibi apud eundem habetur, Ἀλεκτρυόνα καὶ ἀθλητήν Ταναγραῖον, ubi etiam proverbialiter usurpari scribit. Ut sive gallinaceum Tanagraeum, sive atletam Tanagraeum dicas, animosum et strenuum intelligas. Elegantius autem fuerit, si hominem et atletam pugnacem ac fortem, gallinaceum Tanagraeum cognomines: quam si atletam Tanagraeum simpliciter. Non enim atletas a Tanagra laudatos legere memini, sed gallos tantum.

⁷⁰⁶ *Lysis* 211e. (Lind, 1963)

⁷⁰⁷ *Periegesi della Grecia* VI, Elide II, 26,3: On the Acropolis of the Eleans is a sanctuary of Athena. The image is of ivory and gold. They say that the goddess is the work of Pheidias. On her helmet is an image of a cock, this bird being very ready to fight. The bird might also be considered as sacred to Athena the worker. (*Description of Greece* with an English Translation by W.H.S. Jones, London, William Heinemann Ltd., 1918) - Aldrovandi ne riparla a pagina 304.

⁷⁰⁸ *Gli uccelli* 481-85. (Lind, 1963)

⁷⁰⁹ La notizia che un certo *Alektryon* fu tiranno dei Persiani prima di tutti, anche di Dario e di Megabazo - e non di Megabizo* -, viene dalla commedia di Aristofane *Gli uccelli*, 483. L'errore è già stato segnalato a pagina 184* dove *Megabazus* viene riportato come *Megabyzus*, anziché *Megabizus* come in questo punto. È probabile che Aldrovandi abbia dedotto l'errore dal testo di Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 404: Alectryon olim tyrannidem gessit, et Persis primus imperavit, etiam ante Darium et Megabyzum: unde etiamnum ab illo imperio Persica avis appellatur, Pisthetaerus apud Aristoph. in Avibus. - A sua volta Gessner potrebbe aver dedotto l'errore da qualche testo come quello di Aldo Manuzio* del 1498 che riporta: πρῶτον πάντων δαρείου καὶ μεγαβύζου. In *Aves* 481 sgg. si dice semplicemente che in origine gli uccelli regnavano sugli uomini, e Pistetero mostrerà immediatamente il gallo (*tòn alektryóna*), come regnava sui Persiani, prima di tutti i Dari e i Megabazi, cosicché il gallo è chiamato "uccello persiano".

⁷¹⁰ A pagina 184.

Aristoteles⁷¹¹ fortitudinis huius volucris causam in duras eius pennas reijcit: quasi vero non aliae darentur aves durioribus pennis, quae tamen haud aequae fortes sint. {Rases} <Rasis>, penes quem eius rei fides esto, {vinciturum} <victurum> pollicetur causam contra adversarium, si calcar Galli de crure dextro tecum feras: et Kiranides fabulosissimus scriptor cristam capitis Galli cum grano thuris, et paucis cornu cervi timorem omnem nocturnum, si gestatur, omnemque occursum malum auferre: hominemque gestantem intrepidum reddere: quasi eiusmodi arma, quibus Gallus maxime superbit, crista nempe, et calcar ad hominibus animum addendum polleant: quod cum non negaverim, minime tamen affirmaverim, nihil scilicet certi inde habens. Atque haec de Galli pugnacitate dicta sufficiant.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

Videtur quidem occulta quaedam sympathiae, seu amicitiae vis, potentiaque subesse, quod aves cicures⁷¹², et domesticae tam audacter equos, asinos, boves, atque id genus iumenta alia contemnunt, ac si cum mansuefactis elephantis simul alantur, non modo eos non pertimescant, verum per eos etiam ipsos gradiuntur, et Gallinacei eorundem dorso insidere audeant. Cavendum tamen Gallinas alentibus, ne ad boum praesepia perrepant, maxime Gallinacei. Nam hoc quod decidit immistum pabulo, teste Columella⁷¹³, necem bubus affert.

Aristotele* attribuisce la causa del vigore di questo uccello alle sue penne che sono rigide: come se in realtà non esistessero altri uccelli con penne più rigide che tuttavia non sarebbero forti allo stesso modo. Razi*, del quale bisogna avere fiducia a questo proposito, promette che vincerai la causa contro un avversario se porterai con te lo sperone di un gallo tolto dalla zampa destra: e Kiranide*, scrittore molto fantasioso, dice che la cresta della testa di un gallo insieme a un grano di incenso* e con un pezzetto di corno di cervo se viene portata con sé, essa toglie di torno qualsiasi paura notturna e ogni cattivo incontro: e che rende intrepida la persona che la porta con sé: come se armi siffatte, delle quali il gallo va estremamente orgoglioso, cioè la cresta e lo sperone, fossero efficaci ad infondere coraggio agli esseri umani: se non mi permetto di negarlo, tuttavia non mi permetto di confermarlo, non potendosi evidentemente averne alcuna certezza. E siano sufficienti queste cose che abbiamo detto a proposito della combattività del gallo.

SIMPATIA - ANTIPATIA

In realtà sembra che ci sia sotto una qualche forza e influenza di affinità, o di amicizia, in quanto gli uccelli addomesticati e quelli domestici con tanta audacia non tengono conto dei cavalli, degli asini e dei bovini, e di altre bestie da soma di tal genere, e se vengono allevati insieme agli elefanti resi mansueti non solo non li temono, ma si aggirano anche in mezzo a loro, e i gallinacei osano posarsi sulla loro schiena. Tuttavia coloro che allevano galline debbono fare attenzione che esse non si introducano nelle stalle dei bovini, soprattutto i galli. Infatti gli escrementi mescolati al foraggio, testimone Columella*, comportano la morte ai bovini.

⁷¹¹ Aristotele in *Physionomia* (Aldrovandi) - Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 381: Quaecunque aves pennas duras habent, fortes sunt, ut coturnices, galli, Aristot. in Physiognom. - Pseudo Aristotele *Fisiognomica* 806b: È possibile osservare questo stesso anche tra gli uccelli, giacché in generale quanti hanno la ali dure sono coraggiosi, quanti le hanno morbide, pavidì e in particolare è possibile osservare questo stesso anche tra le quaglie e i galli. (traduzione di Giampiera Raina, BUR, 1993).

⁷¹² Conrad Gessner, *Historia Animalium* III (1555), pag. 385: Aves cicures et domesticae audacter contemnunt equos, asinos, boves: ac si cum mansuefactis elephantis aluntur, non modo eos non timent, verum per eos etiam ipsos gradiuntur. Et gallinacei ut in eorundem dorsis considerare audent: sic magnum eis metum mustela vel praeteriens inijcit. et qui vocem vel mugientium vel rudentium praeclare contemnunt, illius clamorem vehementer horrent, Idem. [Aelianus] - Eliano, *La natura degli animali* V,50: È senza dubbio possibile anche attraverso queste altre osservazioni conoscere le caratteristiche degli animali. Noi vediamo ad esempio che gli uccelli domestici, allevati a contatto diretto con l'ambiente, non hanno più paura dei cavalli, degli asini, dei buoi e dei cammelli dato che si sono abituati alla loro presenza. Non temono neanche gli elefanti (se questi mostrano un'indole mite e mansueta) e addirittura si aggirano in mezzo a loro. I galli poi prendono tanta confidenza che non esitano a volare anche sulla loro schiena. Se invece una donnola corre vicino a loro, si sbigottiscono e vengono presi da un grande terrore. Non si preoccupano se odono il muggito dei bovini o il raglio degli asini, ma come sentono lo squittio della donnola tremano di paura. Non si curano minimamente delle oche, dei cigni e degli struzzi; hanno invece terrore dei falchi, anche se sono molto piccoli. I galli con il loro canto impauriscono i leoni e annientano i basilischi; però non sopportano la vista di un gatto o di un nibbio. (traduzione di Francesco Maspero)

Ma quando si parla di palpebre, il verbo *reclinandi* non significa, come lui intende, tenerle ferme o bloccarle. Infatti neanche gli antichi medici greci dicono che vanno incollate - *anakollāsthai* - quelle palpebre che lacrimano (infatti anche per le palpebre si servono di questo verbo così come per esprimere il fatto di arrestare una lacrimazione), ma quelle che essendo piegate in direzione dell'occhio diventano fastidiose per il fatto di pungere, per cui vengono fatte tornare in sede e alla rigidità naturale spalmandovi sopra qualcosa (di conglutinante, che quando si è essiccato produce anche la rigidità): alcuni strappano quei peli

¹³⁷¹ Il testo di Dioscoride qui riferito corrisponde alla traduzione di Jean Ruel* ed è riportato, per esempio, da Pierandrea Mattioli* in *Commentarii in libros sex Pedacii Dioscoridis Anazarbei De Materia Medica*, 1554*, pag. 187.

¹³⁷² *Naturalia historia* XXIX,40: Candido ovorum in oculis et pili reclinantur Hammoniaco trito admixtoque et vari in facie cum pineis nucleis ac melle modico.

¹³⁷³ Il sostantivo greco neutro *anakóllēma* significa cosmetico, cataplasma, empiastro.

¹³⁷⁴ Gessner doveva essere per Aldrovandi un maestro così autorevole da condizionarlo non solo nei giudizi ma anche nella scelta delle parole, spesso identiche. Solo che Aldrovandi si dimentica frequentemente di citarlo, come accade anche in questo caso. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 446*: Haec ille. Et ipsius translationem hoc in loco nos etiam potius quam Hermolai probamus. sed reclinandi verbum cum de palpebris sermo est, compescere aut firmare, ut ipse interpretatur, non significat. neque enim veteres Graeci medici ἀνακόλλησθαι dicunt palpebras (nam de his quoque hoc verbo utuntur aequae, quam de fluxione retinenda) quae effluent, sed quae retortae in oculum pungendo molestae sunt, cum ad situm et rigorem naturalem illitis quibusdam (glutinantibus et rigorem cum aruerint praestantibus) reducuntur. quos pilos aliqui forcipe evellunt. Haec quod ad propriam vocum significationem, quod vero ad rem ipsam, ipsaque remedia, pleraque quae pilos reclinare possunt glutinoso humore suo, eadem si fronti illinantur, catarrhum etiam ad oculos sistere posse videntur.

Haec quod ad propriam vocum significationem: quod vero ad rem ipsam, ipsaque remedia, pleraque quae pilos reclinare possunt glutinoso humore suo, eadem, si fronti illinantur, catharrum etiam ad oculos sistere posse videtur. Porro ad oculorum fluxiones Plinius¹³⁷⁵ lac muliebre commendat mixto ovorum candido liquore, madidaque lana fronti impositum. Marcellus vero ad oculorum epiphoras limaces complures in mortario novo vel nitido teri vult, ovumque Gallinaceum crudum adijci, et cum lana succida fronti imponi. Idem quoque apud Plinium¹³⁷⁶ legas, qui ita habet: *Lanae habent et cum ovis societatem simul fronti impositae contra epiphoras. Non opus est eas in hoc usu radícula esse curatas, nec aliud quam candidum ex ovo infundi, ac pollinem thuris. Et rursus: Ova per se infuso candido oculis epiphoras cohibent, urentesque refrigerant. Quidam cum croco praeferunt, et pro aqua miscent collyriis. Eodem pariter modo inflammationes oculorum ovi candidum infusum curat, Dioscoride teste*¹³⁷⁷.

Galenus ad inflammationes circa palpebras, aures, et mamillas, quae ex ictu istarum partium, vel aliter oboriuntur, toto ovo crudo utitur: item circa corpora nervosa, ut cubitum, tendines digitorum, vel articulos in manibus, pedibusque. Alibi¹³⁷⁸ vero privatim contra oculorum phlegmonas lac cum ovo, et rosaceo approbat. Verum oculos in primis refrigerat, et confortat liquor ex ovorum albumine chymicis instrumentis destillatus, et utiliter miscetur collyriis aliisque oculorum remediis. Galenus ad lippitudines etiam candido ovi utitur, et ante ipsum Plinius¹³⁷⁹: *Contra lippitudines, inquit, vix aliud remedium est infantibus, candido scilicet per se infuso oculis, butyro admixto recenti.*

Suffusionibus oculorum fel Gallinaceum mederi

con una pinzetta.

Tutto ciò per quanto riguarda un appropriato significato delle parole: ma per quanto riguarda l'argomento stesso e i rimedi stessi, la maggior parte di quelli che sono in grado di piegare all'indietro le ciglia attraverso la loro consistenza collosa, sempre gli stessi rimedi, se vengono spalmati sulla fronte, sembra che possano anche bloccare il catarro che scende agli occhi. D'altra parte Plinio per le secrezioni oculari raccomanda latte di donna mescolandovi albume d'uovo e applicato alla fronte con lana inzuppata. Ma Marcello Empirico contro l'epifora - la lacrimazione persistente - prescrive di pestare in un mortaio nuovo, oppure lucidato, moltissime limacce e di aggiungere un uovo crudo di gallina e di fare delle applicazioni sulla fronte con della lana imbevuta. Potresti leggere la stessa cosa anche in Plinio che così si esprime: *Le lane fanno società anche con le uova quando vengono messe insieme sulla fronte contro le epifore. Non è necessario per quest'uso che esse vengano trattate con la saponaria* né che vi venga messo sopra altro se non l'albume d'uovo e polvere di incenso. E poi: Le uova da sole fanno cessare le epifore mettendo l'albume sugli occhi, e li rinfrescano quando bruciano. Alcuni le preferiscono con dello zafferano* e le mescolano ai colliri al posto dell'acqua. Allo stesso identico modo, stando a Dioscoride, l'albume d'uovo instillato fa guarire le infiammazioni oculari.*

Galeno, contro le infiammazioni delle palpebre, delle orecchie e delle mammelle che prendono origine da un trauma di queste zone o da qualcos'altro, si serve dell'uovo crudo intero: parimenti per le aree sensibili, come il gomito, i tendini delle dita o le piccole articolazioni delle mani e dei piedi. Ma in un altro punto specificamente contro le infiammazioni degli occhi loda il latte con uovo e olio di rose. In verità il liquido ottenuto dall'albume d'uovo per distillazione con strumenti chimici innanzitutto rinfresca e rinvigorisce gli occhi e viene utilmente mischiato ai colliri e ad altri rimedi per gli occhi. Galeno si serve dell'albume d'uovo anche contro le cisposità, e prima di lui Plinio disse: *Contra le cisposità è difficile che esista un altro rimedio per gli infanti, cioè solo l'albume d'uovo instillato negli occhi, dopo averlo mischiato con burro fresco.*

Sia gli autori antichi che quelli più recenti affermano

¹³⁷⁵ *Naturalia historia* XXVIII,73: Mixto praeterea ovorum candido liquore madidaque lana frontibus inpositum fluxiones oculorum suspendit.

¹³⁷⁶ *Naturalis historia* XXIX,39: Lanae habent et cum ovis societatem simul fronti inpositae contra epiphoras. Non opus est eas in hoc usu radícula esse curatas neque aliud quam candidum ex ovo infundi ac pollinem turis. Ova per se infuso candido oculis epiphoras cohibent urentesque refrigerant — quidam cum croco praeferunt — et pro aqua miscentur collyriis; infantibus vero contra lippitudines, ut vix aliud, remedio sunt butyro admixto recenti.

¹³⁷⁷ Inflammationes oculorum infusum lenit. Jean Ruel* *De materia medica* (1549) II,55 CANDIDUM OVI.

¹³⁷⁸ *De compositione medicamentorum secundum locos* liber 10. (Aldrovandi)

¹³⁷⁹ *Naturalis historia* XXIX,39: Ova per se infuso candido oculis epiphoras cohibent urentesque refrigerant — quidam cum croco praeferunt — et pro aqua miscentur collyriis; infantibus vero contra lippitudines, ut vix aliud, remedio sunt butyro admixto recenti.

cum antiqui tum recentiores affirmant: at alii id cum melle, et succo {foeniculi} <faeniculi> commendant: alii loco {foeniculi} <faeniculi> succo rutae, vel {eufragiae} <euphrasiae>, vel chelidonii, vel verbenae utuntur: et Galenus¹³⁸⁰ medicamento cuidam liquido ad oculos suffusos, alios Galli fel, alios aliud adiecisse scribit.

che la bile di pollo guarisce le cataratte: ma alcuni lo raccomandano con miele e con succo di finocchio*: altri invece del finocchio se ne servono con succo di ruta*, o di eufrasia*, o di chelidonia, o di verbena*: e Galeno scrive che alcuni hanno unito a un medicamento liquido per le cataratte della bile di gallo, altri qualcos'altro.

Pagina 289

Et alibi¹³⁸¹ ad suffusionem hoc admirabile esse ait, et [289] illico visum restituere. Muris sanguinem, et Galli fel, et muliebre lac aequis ponderibus misce, et bene subactis utere. Probatum est enim et magnifice profuit. Lusciosis, Plinio¹³⁸² teste, fimum quoque Gallinaceorum rubrum duntaxat illinendum monstrant. Alii sterco albi Galli cum melle, et aceto oculis iniectum eorum lac{h}rimas sistere volunt. Archigenes, referente Galeno¹³⁸³, ad cruentos, et sugillatos oculos candidum ovi instillatum prodesse asserit, atque amplius pura lana exceptum et superne impositum. Et rursus¹³⁸⁴, eodem teste, sugillata in oculis ovi vitellus impositus discutit. Sunt qui mel misceant. Et rursus: ad haemalopes, et hyposphagmata, id est, cruentos, et sugil<l>atos oculos, statim a principio tum ad inflammationem, tum ad dolorem compescendum prodest ovi assi luteum cum vino impositum.

E Galeno* in un altro punto dice che il seguente rimedio è meraviglioso contro la cataratta e fa ritornare di colpo la vista. Mescola in parti uguali sangue di topo, bile di gallo e latte di donna, e servitene dopo averli miscelati per bene. Infatti è stato sperimentato e ha giovato in modo meraviglioso. Come testimonia Plinio*, a coloro che soffrono di nictalopia* - che cioè non vedono bene di notte - consigliano di spalmare anche dello sterco di pollo ma solo quello rosso. Altri sono dell'avviso che lo sterco di un gallo bianco applicato agli occhi con miele e aceto è in grado di fermarne le lacrime. Come riferisce Galeno, Archigene* afferma che il bianco d'uovo instillato è utile per gli occhi che presentano emorragie e lividi, e maggiormente se lo si prende con della lana pura e lo si applica sopra. E ancora, sempre secondo lui, il tuorlo d'uovo applicato sugli occhi fa scomparire i lividi. Alcuni vi mescolano del miele. E ancora: per *haemalopes* e *hyposphagmata*, cioè, per occhi con emorragie e lividi, subito a partire dal loro insorgere si dimostra utile il tuorlo d'uovo arrostito applicato con del vino per bloccare sia l'infiammazione che il dolore.

Marcellus¹³⁸⁵ fellis Gallinacei, vel Vulturini, quod longe magis prodesse putat, scrupulum¹³⁸⁶, et mellis optimi unciam bene trita coniungi iubet, atque in pyxide cuprea haberi, et opportune ad inungendum uti: hoc nihil potentius caliginem relevare. Serenus¹³⁸⁷ vero in simplicibus lympham macerat: ait enim:

*Fel quoque de Gallo mollitum simplice¹³⁸⁸ lympham
Exacuit puros dempta caligine visus.*

Marcello Empirico* prescrive di unire uno scrupolo [1,13 g] di bile di pollo, o di avvoltoio*, che ritiene di gran lunga più efficace, e un'oncia [27,28 g] di ottimo miele ben stemperati, e di conservarli in un vasetto di rame, e di servirsene al momento opportuno per fare delle applicazioni: nulla è più potente di questo preparato nell'attenuare l'offuscamento della vista. Ma Sereno Sammonico* lo fa macerare in acqua pura e semplice: infatti dice:

*Anche la bile di gallo ammorbidita con acqua pura e semplice
Acuisce la vista degli occhi resi limpidi dopo averne rimosso
l'offuscamento.*

¹³⁸⁰ *De compositione medicamentorum secundum locos* liber 4. (Aldrovandi)

¹³⁸¹ *Euporiston* 3.16. (Aldrovandi)

¹³⁸² *Naturalis historia* XXIX,123: Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis inlini monstrant.

¹³⁸³ *De compositione medicamentorum secundum locos*. (Aldrovandi)

¹³⁸⁴ *De compositione medicamentorum secundum locos* liber 5, cap. 1. (Aldrovandi)

¹³⁸⁵ *De medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus* liber.

¹³⁸⁶ Vedi Pesì e misure*.

¹³⁸⁷ *Liber medicinalis*.

¹³⁸⁸ Anche nel web e in Conrad Gessner si riscontra *simplice*, per cui non si procede a emendare con *simplicibus*. - *Liber medicinalis* - OCULORUM DOLORI MITIGANDO - Fel quoque de gallo mollitum simplice lympham | exacuit puros dempta caligine visus.

In eodem felle, si Plinio¹³⁸⁹ fidem adhibemus, alligato¹³⁹⁰ vis est ad argema, et ad albugines ex aqua diluto: item ad suffusiones oculorum, maxime candidi Gallinacei: item alibi fimo similem fere vim ascribit, dum ait¹³⁹¹: *Fimum Gallinaceum dumtaxat candidum oleo in vetere, corneisque pyxidibus adservant ad pupillarum albugines.* Sanguinis Galli praeterea ad oculorum vitia usus est, quando, teste Constantino, eorum leucomata, et cicatrices cum aqua inunctus sanat. Sed Marcellus ad leucomata, et {hypophyses} <hypochyses>¹³⁹² Galli Gallinacei fel maxime albi ex aqua dilutum, et in unctione adhibitum laudat, et aciem oculorum confirmare testatur. Et alibi fimum Gallinaceum cum oleo veteri tenuissime tritum, et adpositum leucomata, et {hypophyses} <hypochyses> curare. Et Galenus¹³⁹³ oculorum ulcera, et albugines felle Galli inungi iubet.

Sanguinem tamen contra oculorum vitia insigni vi pollere docemur Valerii Apri exemplo, cui sanguinis Gallinacei beneficio visus quondam restitutus dicitur: uti prae caeteris ex tabella marmorea¹³⁹⁴ Romae in Aesculapii templo in insula Tiberina inventa, et usque ad hanc diem referente Hieronymo Mercuriali¹³⁹⁵ medicorum nostri aevi celeberrimo, apud Maphaeos conservata intelligere licet, in qua inter alia Graece leguntur, quae latina facta sic sonant: Valerio Apro¹³⁹⁶, militi caeco oraculum reddidit Deus, veniret, et acciperet sanguinem ex Gallo albo admiscens mel et collyrium conficeret, et tribus diebus uteretur {sopra} <supra> oculos:

Se prestiamo fede a Plinio, nella stessa bile diluita in acqua e applicata con un bendaggio è insita un'efficacia contro le chiazze bianche della cornea e i leucomi*: parimenti contro le cataratte, soprattutto di un gallo bianco: allo stesso modo in un altro punto attribuisce un'efficacia quasi del tutto simile allo sterco, quando dice: *Lo sterco dei polli e solo quello bianco lo conservano in olio vecchio e in vasetti di corno contro i leucomi in sede pupillare.* Inoltre come afferma Costantino Africano* si usa il sangue di gallo contro le affezioni oculari dal momento che applicato con acqua fa guarire i leucomi e le loro cicatrici. Ma Marcello Empirico contro i leucomi e le cataratte loda la bile di gallo soprattutto se bianco diluita in acqua e usato come collirio, e attesta che rafforza l'acutezza visiva. E in un altro punto afferma che lo sterco di pollo polverizzato con olio vecchio e applicato localmente fa guarire i leucomi e le cataratte. Anche Galeno prescrive che le ulcerazioni oculari e i leucomi vanno trattati localmente con bile di gallo.

Veniamo tuttavia resi edotti dall'esempio di Valerio Apro che il sangue è dotato di una grande efficacia contro le affezioni oculari, e si dice che un giorno la vista gli venne restituita dall'effetto benefico del sangue di gallo: come è possibile desumere innanzitutto da una tavoletta votiva in marmo rinvenuta nel tempio di Esculapio* a Roma sull'Isola Tiberina, e in quanto ancora tutt'oggi ne fa menzione Girolamo Mercuriale* uno dei medici più celebri del nostro tempo, conservata presso i Maffei*, nella quale tra le altre cose scritte in greco si leggono quelle che suonano così dopo averle rese in latino: Il dio diede come responso a Valerio Apro, un soldato cieco, che si presentasse e prendesse del sangue da un gallo

¹³⁸⁹ *Naturalis historia* XXIX,123: Eadem vis est et in vulturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis inlini monstrant.

¹³⁹⁰ Da chi provenga *alligato* è difficile saperlo - potrebbe trattarsi di una fonte pliniana inusuale - e andrebbe tradotto con *applicato con un bendaggio*. Sta di fatto che sarebbe meglio *illito*, come afferma Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: Gallinaceo felli vis alligato (malim, illito: vel, ad caligationes, ut et aquilino sicut proxime dixerat) ad argema, et ad albugines ex aqua diluto, (aut supra forsan recte, hic vero pro diluto legendum aut saltem subintelligendum illito.) item ad suffusiones oculorum, maximi candidi gallinacei, Plinius. § Probabilmente la tortuosa disquisizione di Gessner - scatenata da un *alligato* non presente in Plinio, bensì in altre citazioni - è del tutto corretta, ma tradurla altrettanto correttamente e senza tortuosità richiederebbe una lunghissima meditazione, che oltretutto ci ripagherebbe assai poco dal punto di vista terapeutico. Già, è facile dirlo! Perché oggi - nel XXI secolo - abbiamo i trapianti di cornea, e la cataratta viene operata con esiti più che soddisfacenti!

¹³⁹¹ *Naturalis historia* XXIX,124: Laudant et gallinae fel et praecipue adipem contra pusulas in pupillis, nec scilicet eius rei gratia saginant. Adiuvat mirifice et ruptas oculorum tuniculas admixtis schisto et haematite lapidibus. Fimum quoque earum, dumtaxat candidum, in oleo vetere corneisque pyxidibus adservant ad pupillarum albugines. Qua in mentione significandum est pavones fimum suum resorbere tradi invidentes hominum utilitatibus.

¹³⁹² Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 398*: Galli gallinacei, maxime albi, fel ex aqua dilutum, et inunctione adhibitum, leucomata oculorum et hypochyses sanat, et aciem luminum confirmat, Marcellus.

¹³⁹³ *Euporiston* 2.49. (Aldrovandi)

¹³⁹⁴ *Inscriptiones Graecae*, 14.96. (dal web)

¹³⁹⁵ *Artis gymnasticae libri sex*. Aldrovandi dà come riferimento liber I, come è in effetti: LIBER PRIMUS DE PRINCIPIIS MEDICINAE CAP. I.

¹³⁹⁶ In latino *aper*, genitivo *apri*, significa cinghiale.

et vidit, et venit, et gratias egit publice Deo. Plinius cum fimum russum Gallinaceum lusciosis illini dixisset¹³⁹⁷, mox etiam subdit¹³⁹⁸. *Laudant et Gallinae fel, sed praecipue adipem contra pustulas in pupillis.*

Verum haud minorem nobis hae alites in aurium affectibus utilitatem praestant idque adipe suo potissimum, si, teste Galeno¹³⁹⁹, ex aqua recipiatur in usum. Quin im<m>o Marcellus liquefactum, et tepide instillatum quodlibet aurium vitium sanare testatur. Alibi etiam Galenus adipem Gallinaceum item et Anserinum plurimum prodesse ait, si aqua auditorium meatum intraverit, mediocriter calidum infusum. Si purulentae fuerint aures Plinius¹⁴⁰⁰ Gallinae adipem calidum infundi utiliter existimat. Sunt qui eundem adipem instillatum tepidum adversus difficultatem auditus laudant. Apollonius apud Galenum¹⁴⁰¹ (uti etiam Rasis) dolentibus auribus instillari liquefactum iubet. Quo loco Galenus: *Gallinaceus, inquit, et Anserinus adeps, siquidem evacuatum corpus invenerint et humorem qui inflammata afflictionem excitat non amplius influentem, duabus rationibus tum mitigandi, tum curandi profuerint. Si vero influente adhuc causa adhibeantur, affectioni quidem nihil auxiliantur, leniunt tamen doloris accessionem sine symptoma<te> quemadmodum etiam, si ob humorum acredinem mordacitas contingat.* Kiranides adipem Galli liquefactum cum nardo ad dolores aurium etiam commendat, et contra nervorum passiones.

Sed ut obiter aliquid de huius adipis qualitate dicamus: scire licet medium esse inter Anserinum, et suillum, ut scriptum reliquit Galenus¹⁴⁰²: ait autem Anserinum ex his valentiorum esse, sed substitui aliquando Gallinaceum, Anserinum, suillum, caprinum adipem, quemvis in alterius absentis vicem: Gallinaceum tamen calidiorum, et sicciorum, quam suum, et teneriorum, et minimum terrestrem, idque magis etiam si e Gallinis

bianco mescolandovi del miele e ne confezionasse un collirio, e se ne servisse per tre giorni ponendolo sugli occhi: e riacquistò la vista, e venne al tempio, e rese pubblicamente grazie al dio. Plinio, dopo aver detto di applicare a coloro che soffrono di nictalopia dello sterco rossiccio di pollo, subito dopo aggiunge pure: *Lodano anche la bile di gallina, ma soprattutto il grasso contro le vescichette in sede pupillare.*

In verità questi volatili ci offrono un'utilità non minore nelle affezioni delle orecchie e soprattutto lo fanno grazie al loro grasso, se, come testimonia Galeno, viene usato con acqua. Anzi, Marcello garantisce che reso liquido e instillato tiepido guarisce qualunque affezione delle orecchie. In un altro punto anche Galeno dice che il grasso di pollo e parimenti quello di oca giova moltissimo versato tiepido qualora fosse entrata dell'acqua nel condotto uditivo. Plinio ritiene che è vantaggioso versare del grasso tiepido di gallina se le orecchie presentano del pus. Alcuni contro le difficoltà dell'udito lodano questo stesso grasso instillato tiepido. Apollonio Erofileo* in Galeno (come anche Razi*) prescrive che venga instillato liquefatto nei dolori auricolari. In questo passaggio Galeno dice: *Il grasso di pollo e di oca, anche se dovessero trovare l'area svuotata e che il liquido che stimola l'infiammazione non sta più uscendo, gioveranno per due motivi, in quanto mitigano e fanno anche guarire. Infatti se vengono usati a causa del liquido che sta ancora scorrendo, non giovano per nulla alla malattia, tuttavia attenuano l'esacerbarsi del dolore senza arrecare disturbo, come pure se a causa dell'effetto irritante dei liquidi accade di accusare un dolore tagliente.* Anche Kiranide* raccomanda il grasso di gallo liquefatto con del nardo* contro i dolori auricolari e contro le nevralgie.

Ma accennando per inciso alle caratteristiche di questo grasso, bisogna sapere che si trova a metà strada tra quello d'oca e di maiale, come ha lasciato scritto Galeno: infatti dice che tra loro il migliore è quello d'oca, ma che talora il grasso di pollo, di oca, di maiale e di capra si sostituiscono indifferentemente l'un l'altro se uno non è disponibile: tuttavia quello di pollo è più caldo e più asciutto di quello di maiale, ed è più morbido e pochissimo terroso, e tanto più se proviene da galline selvatiche, e per la scarsa densità

¹³⁹⁷ *Naturalis historia* XXIX,123: Eadem vis est et in vulturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis inlini monstrant.

¹³⁹⁸ *Naturalis historia* XXIX,124: Laudant et gallinae fel et praecipue adipem contra pustulas in pupillis, nec scilicet eius rei gratia saginant.

¹³⁹⁹ *Euporiston* 1.6. (Aldrovandi)

¹⁴⁰⁰ *Naturalis historia* XXIX,139: Ventris gallinaceorum membrana, quae abici solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps.

¹⁴⁰¹ *De compositione medicamentorum secundum locos.* (Aldrovandi)

¹⁴⁰² *De simplicibus* 11 - *De compositione medicamentorum secundum locos - Methodus medendi* 14. (Aldrovandi)

{syvestribus} <silvestribus> fuerit, et tenuitatis ratione profundius penetrare. Eiusmodi adipēs quomodo debeant curari, et reponi, docetur in vulgatis Nicolai Praepositi codicibus, his fere verbis: Animalium recens mactatorum adipēs diligenter purga a pelliculis, et ollae novae figulinae impone, quae non supra dimidium impleatur: hanc opertam in aliud vas {calididimum} <calidissimum> (vel aqua fervida plenum, secundum alios) impone, et subinde quod liquatum fuerit, in aliud vas infunde, donec nihil amplius liquetur, et colatum in loco frigido reponē. Sunt qui reposituri modicum salis adijciant.

Praeter vero adipem, Gallinaceus alia quoque subministrat, quibus auribus medearis. Nam Avicenna apostema in aure calidum ovi vitellum curare refert: sin abscessus dolorem vehementem efficiant, [290] oleum ovorum statim sedabit, eorumque concoctionem promovebit, eosque aperiet.

penetra più in profondità. In che modo bisogna prendersi cura e conservare questi grassi viene spiegato nei libri di pubblico dominio di Nicolaus Praepositus* pressapoco con queste parole: Ripulisci con cura dalle pellicine le parti grasse degli animali uccisi da poco e mettile in una pentola nuova di terracotta che non deve essere riempita più della metà: coprila e mettila in un altro recipiente caldissimo (oppure pieno di acqua bollente secondo altri), e ciò che si sarà fuso mettilo successivamente in un altro vaso in modo tale che non si fonda ulteriormente e dopo averlo colato mettilo in un posto fresco. Alcuni quando stanno per riporlo vi aggiungono una modica quantità di sale.

Ma oltre al grasso un pollo fornisce anche altre cose con cui puoi curare le orecchie. Infatti Avicenna* riferisce che il tuorlo d'uovo caldo fa guarire un ascesso auricolare: ma se gli ascessi causano un forte dolore, l'olio ottenuto dalle uova lo calmerà immediatamente e ne stimolerà la maturazione, e li farà aprire.

Pagina 290

Atque Galenus¹⁴⁰³ aurium dolores ovi candido leniri asserit: et rursus: ad dolorem auris ex inflammatione obortum, misceri ait opium muliebri lacti, et ovi candido, quae ipsa etiam per se aurium inflammationibus profuisse testatur. Et rursus: *Ad aurium nocumenta ex aqua*, inquit, *ovi aquato, modo eodem, quo in oculorum inflammationibus uti ipso consuevimus, praeparato utitor*. Item pellis interior e ventriculo Galli Gallinacei arefacta, tritaque ex vino, adiecto paululo opii, medicamen auribus utilissimum facit, quod calefactum infusum suppurationem earum expurgat, et sanat¹⁴⁰⁴. Idem Plinius¹⁴⁰⁵ attestatur, inquiens: Ventris Gallinaceorum membrana, quae abijci solet, inveterata, et in vino trita, auribus purulentis calida infunditur<, gallinarum adeps>.

E Galeno* asserisce che i dolori alle orecchie vengono attenuati dal bianco d'uovo: e ancora: contro il dolore all'orecchio dovuto a un'inflammatione dice di mescolare oppio a latte di donna e a bianco d'uovo, cose che egli attesta essere state utili per le infiammazioni auricolari anche se prese singolarmente. E dice ancora: *Contro le lesioni alle orecchie dovute all'acqua, ci si serva di una soluzione acquosa di uovo preparata allo stesso modo di quella di cui abbiamo preso l'abitudine di servirvi nelle infiammazioni oculari*. Parimenti la membrana interna* dello stomaco del gallo fatta essiccare, tritata e messa nel vino con l'aggiunta di un pochino di oppio costituisce un medicamento utilissimo per le orecchie, e infuso dopo averlo riscaldato ne ripulisce e guarisce la suppurazione. Plinio* attesta la stessa cosa dicendo: La membrana dello stomaco dei polli che viene abitualmente gettata

¹⁴⁰³ *De compositione medicamentorum secundum locos*. (Aldrovandi)

¹⁴⁰⁴ La citazione proviene da Marcello Empirico*, come puntualizza Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 397*: Galli gallinacei ex ventriculo interiore membrana, quae projici solet, arefacta tritaque ex vino, adiecto paulo opii, medicamen auribus utilissimum facit, quod calefactum infusum suppurationem eius (earum) expurgat et sanat, Marcellus. § Da notare che Aldrovandi ha modificato il testo di Gessner: da *ex ventriculo interiore membrana* si passa a *pellis interior e ventriculo*. Il significato è identico, ma Marcello voleva dire che non è la membrana del gozzo, che è esterno all'addome, bensì quella dello stomaco, che sta dentro alla pancia.

¹⁴⁰⁵ Il riferimento di Aldrovandi corrisponde al seguente brano di Plinio, ma ne omette il finale: *gallinarum adeps. Naturalis historia* XXIX,139: Ventris gallinaceorum membrana, quae abijci solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps. § Aldrovandi non ha controllato direttamente il testo di Plinio e ha scopiazzato Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 397*: Ventris gallinaceorum membrana quae abijci solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, Plin. § Il *gallinarum adeps*, messo da Plinio quasi come postilla esplicativa di cosa sia la membrana che abitualmente si getta via, è invece un ulteriore rimedio contro l'otite purulenta, e viene citata da Gessner - avulsa dalla *membrana quae abijci solet* - alla pagina precedente, cioè a pagina 396*: Gallinarum adeps auribus purulentis calida infunditur, Plin. § Certo è che i testi di Plinio potrebbero essere abbondantemente utilizzati per confezionare i rebus della Settimana Enigmistica! - Siccome Aldrovandi, a differenza di Gessner, non citerà l'impiego anche del *gallinarum adeps* per le oti purulente, si emenda il testo in accordo con quello di Plinio.

Si lingua asperior reddita fuerit, adipe Gallinae inungere poteris, nam is asperitatibus egregie medetur. Dentium dolores mitigat oleum ex ovis illitum cum pinguedine Anseris. Galenus¹⁴⁰⁶ vero ad eundem dolorem ovorum putamina, sepiam, et oleum iubet misceri, et coqui, donec tertia pars reliquatur, et tepidum ore contineri. Mirum quod tradit Plinius¹⁴⁰⁷ de sedando dentium dolore: *Ossiculis, inquit, Gallinarum in pariete servatis, fistula salva, {adacto} <tacto> dente, vel gingiva scarificata, proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt.* Alibi¹⁴⁰⁸ etiam ubi cinerem putaminis in vino potum sanguinis eruptionibus mederi dixisset, mox addit sic fieri et dentifricium: *Dentifricium, inquit, praestat cinis ex ovis sed non sine vino.* Atqui Plinius in verbis iam recitatis scribens, *sic fit et dentifricium*, intelligere videtur¹⁴⁰⁹, non quasi id quoque cum vino fiat, ut medicamentum proxime ab eo memoratum in vino bibendum contra sanguinis eruptiones, sed usto similiter putamine, et absque membrana, ut de proximo remedio dixerat. Si dentientium puerorum gingivae doleant, Aegineta¹⁴¹⁰ adipe Gallinaceorum molliendas consulit. Kiranides cerebro Gallinarum puerorum gingivas perfricari vult, ut dentes eorum absque dolore nascantur. Labiorum rimas, si Marcello, et Plinio¹⁴¹¹ credimus, adeps Gallinaceus vel Anserinus impositus egregie curat. Alias¹⁴¹² vero uterque membranam putaminis detractam ovo sive crudo, sive decocto ad eadem mala praedicant. Et Nicolaus Myrepsus¹⁴¹³ mirabilem inde curam promittit.

via, fatta invecchiare e tritata con del vino, viene infusa calda nelle orecchie che secernono pus, come pure il grasso di gallina.

Se la lingua sarà diventata un po' ruvida, potrai ungerla con grasso di gallina, infatti cura in modo egregio le rugosità. L'olio di uova applicato con grasso d'oca mitiga i dolori dentari. Ma Galeno per lo stesso dolore prescrive di mescolare gusci d'uovo, inchiostro di seppia e olio, e di far cuocere fintanto che ne rimane un terzo, e di tenerlo in bocca tiepido. È straordinario ciò che riferisce Plinio circa la sedazione del dolore dentario. Egli dice: *Riferiscono che il dolore scompare immediatamente se si tocca il dente oppure se si incide la gengiva con degli ossicini di gallina conservati in un muro con la loro cavità midollare intatta, e se l'ossicino viene gettato via.* In un altro punto dopo aver detto che la cenere del guscio bevuta col vino guarisce dalle emorragie, subito aggiunge che così si può fare anche un dentifricio, dicendo: *La cenere delle uova fornisce anche un dentifricio, ma non senza vino.* Eppure Plinio scrivendo nella frase appena citata *così si può fare anche un dentifricio*, sembra quasi voglia dire non che lo si può fare anche con il vino, come il medicamento da lui appena citato da bere col vino contro le emorragie, ma dopo aver incenerito allo stesso modo il guscio, e senza la membrana testacea*, come aveva detto a proposito del rimedio immediatamente precedente. Se le gengive dei bambini in fase di dentizione fanno male, Paolo di Egina* consiglia di ammorbidirle con grasso di pollo. Kiranide* prescrive di sfregare le gengive dei bambini con cervello di gallina affinché i loro denti crescano senza dare dolore. Se crediamo a Marcello Empirico* e a Plinio, l'applicazione di grasso di pollo o di oca cura in modo egregio le screpolature delle labbra. D'altra parte ambedue decantano contro le stesse malattie le membrane testacee tolte dall'uovo sia crudo che cotto. Anche Nicolaus Myrepsus*

¹⁴⁰⁶ *Euporiston* 3.187. (Aldrovandi)

¹⁴⁰⁷ *Naturalis historia* XXX,26: Ossiculi gallinarum in pariete servati fistula salva tacto dente vel gingiva scariphata proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt, [...]. § L'errore *adacto* invece di *tacto* è dedotto, ovviamente, da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 396*: Ossiculis gallinarum in pariete servatis, fistula salva, adacto dente, vel gingiva scarificata, proiectoque ossiculo, statim dolorem abire tradunt, Plinius.

¹⁴⁰⁸ *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labrorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. Comburri sine membrana oportet. Sic fit et dentifricium.

¹⁴⁰⁹ Queste considerazioni che Aldrovandi ci propina come sue, non lo sono affatto. Non si capisce se sono tutte quante derivate da Sereno Sammonico* oppure se appartengono in parte a Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 450*: *Dentifricium praestat cinis ex ovis*, sed non sine vino, Serenus. atqui Plinius in verbis iam recitatis scribens, *Sic fit et dentifricium*, intelligere videtur, non quasi id quoque cum vino fiat, ut medicamentum proxime ab eo memoratum in vino bibendum contra sanguinis eruptiones: sed usto similiter putamine, et absque membrana ut de proximo remedio dixerat.

¹⁴¹⁰ *Epitomês iatrikês biblíá eptá - Totius rei medicae libri VII* per Janum Cornarium* ... latina lingua conscripti, J. Hervagius, Basel 1556.

¹⁴¹¹ *Naturalis historia* XXX,27: Linguae ulcera et labrorum hirundines in mulso decoctae sanant, adeps anseris aut gallinae rimas, oesypum cum galla, araneorum telae candidae et quae in trabibus parvae texuntur.

¹⁴¹² *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labrorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus.

¹⁴¹³ *Nicolai Myrepsi Alexandrini Medicamentorum opus in sectiones quadraginta octo.*

Tumorem mammillae repelles agitato ovo cum vino quinquies copiosiore, eo liquore madefactum linteum imponens: Ornithologus¹⁴¹⁴ ex libro Germanico manuscripto. Ad tonsillarum inflammationes, et anginas Galenus¹⁴¹⁵ iusculo Gallinae hoedive utitur. Et rursus alibi¹⁴¹⁶ ex Archigene describens fomentum, cuius vapor intra os recipiendus est, ad gurguliones inflammatos, et tonsillas: *Origanum*, inquit, *et*¹⁴¹⁷ *hyssopum*, cum sufficienti aceto diligenter in olla fervefacito obturata: operculum autem circa medium habeat foramen. Deinde arundinem ad foramen operculi, ac os aegri adaptato, ac fomentum admittito. Si vero os a fervore arundinis comburatur, ovum vacuum utrinque perforatum aegri in ore contineant, et per ipsum arundo inseratur. Kiranides ovum crudum ad ani rupturas adhibet ad inflammationes eiusdem commendat, sed Dioscorides¹⁴¹⁸, et Plinius, etsi diversimode, ovorum luteis utuntur. Ille enim ad inflammationem, et condylomata sedis vitellum ovi cum meliloto utile esse ait: hic vero generatim¹⁴¹⁹ loquens: *Sedis etiam vitiiis*, inquit, *utilia sunt ovorum lutea indurata igni, ut calore quoque prosint*.

Adeps Gallinaceus recens laudatur a Rase, et Dioscoride¹⁴²⁰ ad dolorem matricis, et in eiusdem apostemate instar emplastri imponitur. Vult

garantisce una guarigione sorprendente attraverso il loro impiego.

Dopo aver sbattuto un uovo con una quantità di vino cinque volte maggiore potrai far regredire un gonfiore al seno ponendoci sopra un tovagliolo intriso con questo liquido: lo dice l'Ornitologo che l'ha desunto da un libro tedesco manoscritto. Galeno si serve di un brodino di gallina o di capretto contro le infiammazioni delle tonsille e della gola. E ancora, in un altro trattato, descrivendo un fomento - un rimedio caldo umido - tratto da Archigene*, il cui vapore è da far entrare in bocca, contro le gole e le tonsille infiammate, dice: *Fa scaldare per bene dell'origano* e dell'issopo* con una quantità sufficiente di aceto in una pentola con il coperchio: tuttavia il coperchio deve avere un foro nella parte centrale. Quindi adatta una canna al foro del coperchio e alla bocca del malato, e facci entrare il fomento. Ma se la bocca viene scottata dal calore della canna, i pazienti debbono tenere in bocca un uovo vuoto con un foro alle due estremità, e la canna va inserita attraverso l'uovo stesso.* Kiranide si serve dell'uovo crudo contro le lacerazioni dell'ano e lo raccomanda per le sue infiammazioni, ma Dioscoride* e Plinio, anche se in modo diverso, si servono del tuorlo d'uovo. Infatti il primo dice che il tuorlo d'uovo con il meliloto* è utile contro l'infiammazione e i condilomi anali: ma il secondo parlando in generale dice: *I tuorli d'uovo rassodati col fuoco sono utili anche contro le affezioni perianali, in modo da giovare anche con il loro calore.*

Il grasso fresco di pollo viene lodato da Razi* e da Dioscoride contro il dolore uterino e in caso di ascesso in tale sede viene applicato come empiastro.

¹⁴¹⁴ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 441*.

¹⁴¹⁵ *Euporiston* 2.15. (Aldrovandi)

¹⁴¹⁶ *De compositione medicamentorum secundum locos*. (Aldrovandi)

¹⁴¹⁷ Bisognerebbe scartabellare il testo di Galeno per poter confrontare l'*et* di Aldrovandi con l'*aut* di Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 445*: *Origanum* (inquit) aut *hyssopum*, cum sufficienti aceto diligenter in olla fervefacito obturata. operculum autem circa medium habeat foramen. deinde arundinem ad foramen operculi ac os aegri adaptato, ac fomentum admittito. § È palese che *et/aut* sono in grado di determinare la composizione di un medicamento.

¹⁴¹⁸ Edizione di Jean Ruel*, liber II, cap. 54 - OVI NATURA: inassatum sedis inflammationibus prodest, cum croco, et rosaceo: et condylomatis, cum meliloto. § La ricetta di Dioscoride è quindi un po' diversa. Dell'errata citazione di Aldrovandi è colpevole Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 447*: *Dioscorides quidem vitellum cum meliloto utilem esse scribit ad inflammationes sedis et condylomata.* - Ma Aldrovandi si permette di restringere l'azione terapeutica ai soli condilomi anali o perianali che siano, escludendo quelli in sede genitale.

¹⁴¹⁹ Non è vero, Plinio non sta parlando in senso generale delle uova, oppure dell'uovo preso nella sua totalità. Plinio sta parlando di *lutea*, come dimostra l'apertura del paragrafo 42 *Lutea ovorum* [...] e il contenuto dei successivi paragrafi sino al paragrafo ora citato da Aldrovandi, dove giustamente egli aggiunge *ovorum lutea*. *Naturalis historia* XXIX,45: *Utilia sunt et cervicis doloribus cum anserino adipe, sedis etiam vitiiis indurata igni, ut calore quoque prosint, et condylomatis cum rosaceo; item ambustis durata in aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo inlinuntur.*

¹⁴²⁰ Edizione di Jean Ruel*, liber II, cap. 86 - DE ADIPIS RATIONE: Adeps anserinus aut gallinaceus recens et sine sale conditus, ad vulvae vitia proficit. § Ogni tanto Aldrovandi ama le stringature, plagiando così le fonti: Dioscoride dice solamente che il grasso non serve per i dolori, ma per le malattie della *vulva*. È Razi ad affermare il resto, e che serve nei dolori uterini. La conferma l'abbiamo da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 396*: *Adeps anser. aut gall. recens et sine sale conditus, ad vulvae vitia proficit, (vel, ut alibi, mulieribus malis convenit:) sale inveteratus, et qui temporis spatio acrimoniam concepit, vulvae inimicus est, Dioscor. Anserini vel gall. adipis usum ad foetum pellendum in Anseri diximus. Recens laudatur ad dolorem matricis: et in eiusdem apostemate instar emplastri imponitur, Rasis.*

autem Dioscorides, ut recens sit, et sine sale conditus. *Nam sale*, inquit¹⁴²¹, *inveteratus et qui temporis spatio acrimoniam concepit, vulvae inimicus est*. Avicenna ad ulcera vulvae salubre pessarium ait fieri ex albumine cum oleo ex alcanna. Mirabile remedium in {arthritidea} <arthritide a> muliere quadam, et adhibetur in quovis loco, ubi iuncturae exeunt (forte existunt¹⁴²²) Gallina bene habita quadrima, absinthio referta coquatur in tribus situlis aquae ad duarum partium consumptionem. Hinc aeger foveatur, (vaporetur, fiat stuf¹⁴²³) bis quotidie donec liberetur, fricando semper ad inferiora. Legitur in additionibus ad practicam Varignanae.

Podagras plurimum iuvare fimum recens appositum Marcellus, et Plinius¹⁴²⁴ volunt. Kiranides hepar Gallinae tritum, et cum hordei farina, et aqua emplastri modo impositum eisdem prodesse scribit. Aëtius ova Gallinae quatuor c{a}erato cuidam adjicit podagrico¹⁴²⁵. Pedum ulcera Gallinacei, vel Columbini fimi cinis ex oleo impositus sanat, teste Marcellus, sed Plinius¹⁴²⁶ paulo aliter. *Fimi Gallinacei*, inquit, *cinis pedum exulcerationes sanat: Columbini fimi cinis ex oleo*. Alibi¹⁴²⁷ etiam fimum Gallinaceum cum oleo, et nitro clavos pedum sanare dixit.

Atque istaec tam de interiorum, quam exteriorum corporis humani affectuum, qui ab

Ma Dioscoride pretende che sia fresco e che non gli sia stato aggiunto del sale. Egli dice: *Infatti quello che è stato stagionato con sale, e che col passare del tempo è diventato rancido, è nemico della vulva*. Avicenna* dice che si può preparare un salutare ovulo vaginale usando l'albumine con olio di alcanna d'Oriente*. Come straordinario rimedio in corso di artrite, impiegato da una donna in qualsiasi distretto dove si lussano (forse *esistono*) le articolazioni, si faccia cuocere in tre brocche di acqua fino a ridurle a un terzo una gallina di quattro anni in buone condizioni generali dopo averla rimpinzata di assenzio*. Con questo liquido il malato deve riscaldarsi (faccia dei vapori, si faccia una sauna) due volte tutti i giorni fino a quando non viene liberato dai sintomi, massaggiando sempre verso il basso. Lo si legge nel trattato *Additiones ad practicam* di Guglielmo da Varignana*.

Plinio e Marcello Empirico sono dell'avviso che l'applicazione di sterco fresco giova moltissimo nei casi di gotta*. Kiranide scrive che il fegato di gallina, tritato e applicato come empiastro con farina d'orzo* e acqua, torna utile per gli stessi episodi di gotta. Ezio di Amida* aggiunge quattro uova di gallina a un empiastro a base di cera per la gotta. Come testimonia Marcello Empirico l'applicazione di cenere di sterco di pollo o di colombo stemperata in olio fa guarire le ulcere dei piedi, ma Plinio si esprime in modo un po' diverso. Egli dice: *La cenere di sterco di pollo fa guarire le ulcerazioni ai piedi: la cenere di sterco di colombo va usata con olio*. In un altro punto ha detto che anche lo sterco di pollo con olio e salnitro fa guarire le callosità dei piedi.

E tutto ciò per quanto riguarda la cura delle malattie sia interne che esterne del corpo umano che traggono

¹⁴²¹ *De materia medica*.

¹⁴²² Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 392*: Mirabile remedium in arthritide a muliere quadam, et adhibetur in quovis loco ubi iuncturae exeunt (forte, existunt.) Gallina bene habita quadrima, absinthio referta, coquatur in tribus situlis aquae ad duarum partium consumptionem. Hinc aeger foveatur (vaporetur, fiat stuf¹⁴²³) bis quotidie donec liberetur, fricando semper ad anteriora, Additiones ad practicam Varignanae.

¹⁴²³ Stufa e stufare: dal latino parlato **extufare* 'riscaldare', composto di ex- e un denominale del greco *typhos* 'vapore, febbre'. Nel significato di 'stanza calda' la voce è attestata per la prima volta nel Boccaccio, 1353. Insomma, oggi una sauna servirebbe egregiamente allo scopo terapeutico di Guglielmo da Varignana.

¹⁴²⁴ *Naturalis historia* XXX,76: Podagras lenit oesypum cum lacte mulieris et cerussa, fimum pecudum, quod liquidum reddunt, pulmones pecudum, fel arietis cum sebo, mures dissecti inpositi, sanguis mustelae cum plantagine inlitus et vivae combustae cinis, ex aceto ac rosaceo si pinna inlinatur vel si cera et rosaceum admisceatur, fel caninum ita, ne manu attingatur, sed pinna inlinatur, fimum gallinarum, vermium terrenorum cinis cum melle ita, ut tertio die solvantur.

¹⁴²⁵ Aldrovandi forse si riferisce a una prima citazione di Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 441*: Ova gallin. numero quatuor adjiciuntur cerato cuidam podagrico apud Aetium 12.43. § A pagina 447* Gessner modifica un po' la ricetta anche circa il numero di uova: Ovorum quinque candida adjiciuntur cerato cuidam podagrico refrigeranti apud Aetium 12.43. § Magari in Ezio esistono ambedue le ricette. Per sciogliere l'arcano: controllare il testo di Ezio, e buona lettura!

¹⁴²⁶ *Naturalis historia* XXX,80: Ulcera omnia pedum sanat cinis earum [coclearum], quae vivae combustae sint, fimi gallinarum cinis exulcerationes, columbini fimi ex oleo.

¹⁴²⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 399*: Fimum gallinaceum cum oleo et nitro clavos pedum sanat, Plinius. - Plinio, *Naturalis historia* XXX,81: Verrucarum omnia genera urina canis recens cum suo luto inlita, fimi canini cinis cum cera, fimum ovium, sanguis recens murinus inlitus vel ipse mus divolsus, irenacei [= erinacei] fel, caput lacertae vel sanguis vel cinis totius, membrana senectutis anguium, fimum gallinae cum oleo ac nitro.

harum avium partibus, excretis, et ovis remedia habent, curatione dicta sunt; videamus modo an nihil aliud praeter iam dicta medicis Gallinacea istaec familia praestet, quod facere eam videbimus, si diligentius cum veterum, tum recentiorum scripta revolvamus. Illis itaque in primis Aëtius pulli Gallinacei pinguis ius adsorbendum dari iubet postquam vomuerint, qui toxicum bibere. Quinim<m>o obscurus¹⁴²⁸ quidam hoc annotatum sese reperisse ait in margine codicis cuiusdam Serapionis iuxta caput de urina, si ovi {albumem} <albumen> cum vitello ponatur in matula alicuius, quem veneno infectum esse [291] suspicio est, intra aliquot horas locus veneni in {hepate} <hepati> demonstrabitur.

rimedio dalle parti del corpo, dagli escrementi e dalle uova di questi volatili; diamo adesso uno sguardo se per caso questa famiglia di gallinacei offre ai medici qualcos'altro oltre a ciò che è già stato detto, e ci accorgeremo che essi lo fanno se rileggiamo con maggior attenzione gli scritti di autori sia antichi che più recenti. E così Ezio di Amida a coloro che hanno bevuto un veleno prescrive di dare da bere, dopo aver vomitato, innanzitutto un brodo di pollo grasso. Ma d'altra parte un autore misconosciuto dice di aver trovato quanto segue in una annotazione a margine di un codice di Serapione* accanto al capitolo riguardante l'urina, se si pone l'albumine d'uovo con il tuorlo in un vaso da notte di qualcuno per il quale esiste il sospetto che sia stato avvelenato, nel giro di alcune ore si potrà dimostrare la localizzazione del veleno nel fegato.

Pagina 291

Nam si in venis fuerit ultra gibba<m>¹⁴²⁹ hepatis, aut in viis urinalibus, ovum nigrescet, et foetebit: sin citra concava hepatis, ut in or<o>bo¹⁴³⁰ (colo, vel alterius intestini nomen legendum apparet) ovum rugas, et colorem citrinum contrahet ab<s>que foetore. Dioscorides¹⁴³¹ inter aconiti remedia enumerat ova in oleum evacuata, ita ut totum hoc cum muria misceatur, et sorbeatur tepidum. Idem etiam uti et Nicander¹⁴³² Gallinae pinguis carnem e pectore coctam, vel iusculum inde potum contra dorycnium¹⁴³³ remedio esse scribunt.

Infatti se il veleno si sarà spinto nelle vene oltre la convessità epatica oppure nelle vie urinarie, l'uovo si annerirà e puzzerà: se invece si fermerà al di qua della concavità del fegato, come per esempio nella fava* (è chiaro che bisogna leggere colon o il nome di un altro tratto dell'intestino) l'uovo si raggrinzirà e assumerà un colore citrino senza fetore. Dioscoride* tra i rimedi contro l'aconito* elenca le uova svuotate nell'olio, in modo da mischiare il tutto con salamoia, e di berlo tiepido. Anche lui, come pure Nicandro di Colofone*, scrivono che la carne del petto di gallina grassa lessata oppure berne il brodino è un rimedio contro il

¹⁴²⁸ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 442*: Si ovi albumen cum vitello ponatur in matula alicuius, quem veneno infectum esse suspicio fuerit, intra aliquot horas locus veneni in hepate [hepati] demonstrabitur. Nam si id in venis fuerit ultra gibba hepatis, aut in viis urinalibus, ovum nigrescet ac foetebit. Sin citra concava hepatis, ut in orobo (colo, vel alterius intestini nomen legendum apparet,) ovum rugas et colorem citrinum contrahet, absque foetore. Hoc annotatum reperi in margine codicis cuiusdam Serapionis iuxta caput de urina, Obscurus.

¹⁴²⁹ *Ultra* regge l'accusativo. Credo che Aldrovandi lo sapesse, ma nel copiare da Gessner se ne è dimenticato. Magari è una svista dell'Obscurus, oppure di Gessner, oppure di chi fece l'annotazione al codice di Serapione*, e che Ulisse non corregge. § Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 442*: Nam si id in venis fuerit ultra gibba<m> hepatis, aut in viis urinalibus, ovum nigrescet ac foetebit. § Oppure è un semplice errore tipografico zurighese e poi bolognese.

Caelius Aurelianus¹⁴⁸⁰ author est, quendam a Gallo pugnante leviter laesum in rabiem venisse: tanquam pugnans Gallus, dum ira percitus est, etiam furiat. Sunt qui putent, ova diutissime elixa, et indurata immodice homini venenum fieri. Multis tamen ea placere video. Num autem venenum fiant, ignoro: bene tamen novi plurimum {negocii} <negotii> stomacho facessere.

A praesepibus equorum removebuntur aves domesticae, atque atiles, quae eas propter reliquias pabuli sectari solent, et in his non solum pinnulas excutiunt, sed etiam stercora deijciunt: atque illae cum gutturis, haec cum alvi periculo ab equis deglutiuntur¹⁴⁸¹. De fimo Gallinaceo a bobus, aut equis devorato, et remediis contra eum, plura in quadruped<i>um istarum historiis, Deo dante, scribemus. Illud tantummodo iam dicentes, Hieroclem equo adversus huc fimum devoratum docere auxiliari ipsum fimum Gallinae album, et solidum, quem conteri iubet cum drachma sevi, et cum duobus polentae choenicibus¹⁴⁸², vinoque nigro austero in massas redigi, et equo edendas

Il Centauro Chirone* come rimedio della malandra*, ossia di una pestilenza dei giumenti, prescrive che un cagnolino vivo e ancora lattante posto in acqua bollente e depilato venga cotto tanto a lungo che le ossa si separano dalla carne e, dopo averle accuratamente rimosse, la sua carne con l'acqua in cui è stata cotta, condita con ottima salsa di pesce, vino vecchio, olio e pepe insieme a del miele tanto da arrivare a un sestario [500 ml], deve essere conservata, e a ciascun animale se ne debbono somministrare quotidianamente attraverso la gola due emine [500 ml] intiepidite sino a quando non giungono a guarigione. Anche Vegezio* fornisce le stesse norme che bisogna seguire col cagnolino, ma a proposito di un gallo bianco.

EFFETTI NOCIVI

Celio Aureliano* scrive che un tale, ferito lievemente da un gallo che stava combattendo, divenne furioso: così come anche un gallo diventa furioso mentre sta combattendo, essendo eccitato dall'ira. Alcuni pensano che le uova bollite molto a lungo e rese eccessivamente sode diventano un veleno per l'essere umano. Tuttavia mi accorgo che esse piacciono a molti. Non sono al corrente se davvero diventano un veleno: tuttavia ho potuto verificare che procurano un grandissimo fastidio allo stomaco.

I volatili domestici e da allevamento dovranno essere tenuti lontani dalle mangiatoie dei cavalli, che essi sono soliti frequentare a causa dei rimasugli di foraggio, e non solo vi scrollano le piume, ma vi emettono anche le feci: e le prime vengono ingoiate dai cavalli con pericolo per la gola, le seconde per l'intestino. Dio permettendo, nei capitoli relativi a questi quadrupedi scriverò molte cose sullo sterco di pollo mangiato dai bovini e dai cavalli, e dei relativi rimedi. Tanto per dire già qualcosa, Ierocle* riferisce che a un cavallo contro l'aver mangiato questo sterco serve proprio lo sterco bianco di gallina, e duro, che consiglia di sbriciolare insieme a una dracma [3,41 g] di grasso, e di farne degli

¹⁴⁷⁷ Il riferimento è alla *Mulomedicina Chironis*, un trattato anonimo di veterinaria - o compilazione ippiatrica* - in 10 libri del IV secolo dC circa. *Mulomedicina* (medicina del mulo) era il nome dato dai Romani all'arte veterinaria.

¹⁴⁷⁸ Il sostantivo femminile greco *mális*, al genitivo *málios*, significa malandra, malattia dei giumenti. - Anche Gessner riporta *malidis*. *Historia Animalium* III (1555) pag. 394*: Chiron Centaurus pro remedio malidis sive pestilentiae iumentorum, [...].

¹⁴⁷⁹ Vedi Pesì e misure*.

¹⁴⁸⁰ *De morbis acutis et chronicis* 3.9. (Conrad Gessner)

¹⁴⁸¹ La fonte è Joachim Camerarius* alias Joachim Liebhart. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 400*: A praesepibus equorum removebuntur aves domesticae atque atiles, quae ea propter reliquias pabuli sectari solent: et in his non solum pinnulas excutiunt, sed etiam stercora deijciunt: atque illae cum gutturis, haec cum alvi periculo ab equis deglutiuntur, Ioach. Camerarius. - Gessner ha *ea* mentre Aldrovandi riporta *eas*, ma ambedue le forme sono corrette.

¹⁴⁸² Il sostantivo femminile greco *choînix* significa chenice. Vedi Pesì e misure*.

dari. Caeterum paulo ante¹⁴⁸³ etiam ex Plinio diximus adversus fungorum, boletorumque venena dari item ad inflationes, et strangulationes cum si id animal aliud gustaverit, torminibus, et inflationibus afficiatur: quomodo itaque equum iuvabit, si prius noxam induxit?

USUS IN CIBO.

Gallinaceum genus in cibi usum cedere quis ignorat? Hoc pene uno in repentino, ac inopinato amicorum hospitumve adventu iuvamur, huic omnem mensae lautae, mediocris, tenuisque splendorem acceptum referre debemus. Si lautam necessitas postulat, carnes hinc habetis laudatissimas, easque cum elixas, tum assas, praeterea ova reliquarum avium ovis praestantiora, quae varia etiam tibi praestabunt fercula: Si mediocrem, ut in diebus, quibus carni esus lege sacra est interdictus, sola ova tibi suffecerint: sin tenuem, et aegris convenientem, unde quaeso tutior, iucundiorque victus queat, quam hinc peti?

Quare merito iure apud Columellam, et alios, qui de avibus ex professo scripserunt, Gallinaceum genus principem semper locum obtinet. Unde etiam Horatii¹⁴⁸⁴ commentatores, ubi ita canit:

Accipe, qua ratione queas ditescere {,} <.> *Turdus,*
Sive aliud privum dabitur tibi <,>

privum exponunt non solum privatum quid, et proprium, sed peculiare, et rarum quid ex avium genere quales, inquiunt, apud veteres erant Gallinae, et Turdi, quibus, (turdis) alibi¹⁴⁸⁵ etiam nil melius esse dixit idem poeta. Lampridius¹⁴⁸⁶ in

impasti con due chenici [circa 2 l] di polenta d'orzo* e di vino nero secco e di darli da mangiare al cavallo. Inoltre poco prima abbiamo anche detto desumendolo da Plinio* che deve essere somministrato contro i veleni dei funghi* e dei boleti - *Boletus satanas* - come pure contro i gonfiori e i soffocamenti - sindrome muscarinica, mentre se un altro animale dovesse assaggiarlo verrebbe colto da dolori e da gonfiori intestinali: pertanto in che modo gioverà al cavallo se prima gli ha procurato un danno?

IMPIEGO COME CIBO

Chi non è al corrente che il genere dei gallinacei viene impiegato come cibo? Ci serviamo quasi solo di esso all'arrivo improvviso e inaspettato di amici o di ospiti, dobbiamo riconoscere che gli è dovuto ogni prestigio di una mensa sontuosa, modesta e povera. Se la necessità richiede una mensa sontuosa, ne ricavate delle carni molto apprezzate, sia lessate che arrosto, oltre alle uova che sono superiori alle uova degli altri volatili, ed esse ti garantiranno anche differenti tipi di portate. Se c'è bisogno di una mensa modesta, come nei giorni in cui mangiare carni è proibito dalla legge sacra, le sole uova ti basteranno: se invece deve essere povera e adatta ai malati, per favore, da dove si potrebbe ottenere un cibo più sicuro e gradito?

Per cui a buon diritto il genere dei gallinacei detiene sempre il primo posto presso Columella* e altri che hanno esplicitamente scritto sugli uccelli. Per cui anche i commentatori di Orazio*, quando canta così:

Ascolta in che modo puoi arricchirti. Un tordo,
oppure un'altra cosa particolare ti verrà data,*

spiegano *privum* non solo come qualcosa di privato e di proprio, ma qualcosa di speciale e di raro che proviene dal genere degli uccelli come lo erano presso gli antichi le galline e i tordi, meglio dei quali

¹⁴⁸³ A pagina 291*. - *Naturalis historia* XXIX,103: Gallinarum fimum, dumtaxat candidum, in hysopo decoctum aut mulso contra venena fungorum boletorumque, item inflationes ac strangulationes, quod miremur, cum, si aliud animal gustaverit id fimum, torminibus et inflationibus adficiatur.

¹⁴⁸⁴ *Satirae* II,5,9-11: Quando pauperiem missis ambagibus horres, | accipe qua ratione queas ditescere. Turdus | sive aliud privum dabitur tibi, devolet illuc, [...].

¹⁴⁸⁵ *Epistulae* I,15,39-41: 'Non hercule miror', | aiebat, 'si qui comedunt bona, cum sit obeso | nil melius turdo, nil volva pulchrius ampla'.

¹⁴⁸⁶ Negativa la ricerca di anser, gallina, phasianus, fasianus & ova nella vita di Alessandro Severo scritta da Lampridio e a disposizione nel web in www.thelatinlibrary.com. - Forse la notizia viene da Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 387*: In Alexandri Severi convivii esse solebant gallinae, ova, etc. adhibebatur et anser diebus festis, maioribus autem festis diebus fasianus: ita ut aliquando et duo ponerentur, additis gallinaceis duobus, Lampridius.

¹⁴⁸⁷ Lampridio *Elagabalus* o *Heliogabalus* (*Marcus Aurelius Antoninus*) XXXII,4. § Diversa e discutibile è la versione latina che troviamo in www.thelatinlibrary.com, cioè pupillis invece di pullis: Habuit etiam istam consuetudinem, ut cenas sibi exhiberet tales, ut una die nonnisi de fasianis totum ederet omnesque missus sola fasianorum carne strueret, item alia die de pupillis, alia de pisce illo et item illo, [...]. § Pupillus è un fanciullo minorene soggetto a tutela, oppure un orfano. La sua etimologia è riconducibile a pupus = bambino, ragazzino, oppure pupilla dell'occhio. Sembrerebbe pertanto che Eliogabalo fosse un accanito e sanguinario pedofilo qualora la versione di www.thelatinlibrary.com fosse corretta. § In *HISTORIA AUGUSTA* edita a Parigi da Panckoucke (1847) troviamo pullis, per cui sia Eliogabalo che Aldrovandi sono salvi.

Alexandri Severi convivii tradit fuisse Gallinas, et ova, sed festis diebus adhibuisse etiam Anserem: maioribus vero festis Phasianum ita ut aliquando et duo ponerentur, additis Gallinaceis duobus{:} <.> Et alibi¹⁴⁸⁷ etiam Heliogabalum {vua} <una> die non nisi de Phasianis tantum edisse refert, alia die de pullis.

Hinc iam clarum est et perditissimos Imperatores harum avium esu delectatos, sed Gallinas tantum, aut pullos esitasse: Galli enim, et maxime qui admodum salaces sunt, proli magis, quam gulae reservantur. Sin vero Galli tenelli adhuc sunt, nempe pullastri, eorum caro inter volucrum carnes, quae mediam quandam extenuandi, et crassefaciendi naturam praestant, connumeranda est, a Galeno tantopere praedicatas. Facile enim concoquitur, laudabilem sanguinem generat, appe<te>ntiam conciliat, quibuscunque temperamentis convenit, praecipue si moderate pingues fuerint, et nondum coierint, aut cucu<r>rierint. Coeuntes enim, et canentes iam siccescere incipiunt, exacuiturque siccitate ea calor, ac fit illorum quamprimum dura fibrosaue caro, usque eo ut salsugineum saporem elixatione reddant pro vetustate maiorem semper, etiam leniendae alvo efficacem. Quare ante id tempus ad castrationem deveniendum erit: alioqui procul dubio praeferendae pullastrae, utpote frigidioris temperamentis: ac idcirco pullastris maribus in febricitantibus praelatae: in reliquis alimentum idem boni, laudatique succi non excrementi{:}, non morantis diu in progressu, descensuque in intestina:

(i tordi) lo stesso poeta anche in un altro punto ha detto non esserci nulla. Lampridio* riferisce che durante i banchetti di Alessandro Severo* c'erano galline e uova, ma che nei giorni di festa si serviva anche l'oca: ma il fagiano* nelle festività maggiori, tanto che talora ne venivano messi in tavola anche due con l'aggiunta di due polli. E in un altro punto riferisce anche che Eliogabalo* un giorno mangiava solo e soltanto fagiani, un altro giorno pollastri.

Da ciò risulta ormai chiaro che anche gli imperatori più dissoluti provavano piacere dal mangiare questi volatili, ma che mangiavano anche solo galline o pollastri: infatti i galli, e soprattutto quelli che sono molto libidinosi, vengono riservati più alla proliferazione che ai piaceri della gola. Ma se i galli sono ancora abbastanza teneri, cioè quando sono pollastri, la loro carne è da annoverare tra le carni di volatili che forniscono una proprietà che è a metà strada tra il far dimagrire e ingrassare, tanto lodate da Galeno*. Infatti la si digerisce facilmente, fa produrre del buon sangue, favorisce il desiderio sessuale, si addice a qualunque temperamento, soprattutto se è moderatamente grassa, e i pollastri non hanno ancora cominciato ad accoppiarsi o a cantare. Infatti quando si accoppiano e quando cantano cominciano a diventare più asciutti, e il calore del corpo viene esacerbato da tale secchezza, e la loro carne diventa in breve tempo dura e fibrosa, fino al punto di produrre con la lessatura un sapore sì salsedine che è sempre più intenso man mano che invecchiano, efficace anche nel rendere più fluide le feci. Per cui prima di questo periodo bisognerà ricorrere alla castrazione: altrimenti bisogna senza dubbio preferire le pollastre, in quanto sono di temperamento più freddo: e per tale motivo in caso di malati con febbre vengono preferite ai pollastri: negli altri malati questi rappresentano un alimento dal sapore buono e apprezzato che non sa di escrementi, che non si attarda a lungo nel procedere e nel discendere nell'intestino:

Pagina 294

alimentum tamen exhibent, nec [294] multum, nec duraturum multum quippe ex tenui sanguine constat, ac fluxili, labilique ut et cito inde abire possit, damneturque praeterea podagricis, ut alia, quae fluxilis sanguinis generatione facile affectis, ideoque imbecillioribus partibus incurrunt, vel mixta, vel attracta.

tuttavia non offrono cibo né in abbondanza né molto duratura in quanto è costituito da sangue poco denso, e fluido, e scorrevole al punto che può fuoriuscirne in fretta, e che inoltre viene disapprovato per sofferenti di podagra*, come le altre cose che a causa della generazione di un sangue fluido facilmente penetrano, o miscelate, o attratte, nelle aree ammalate e pertanto più deboli.

Sunt qui ad mensae usum, et pro febricitantibus Gallinas castratas¹⁴⁸⁸ pullastris cum maribus tum faeminis praeferant. Apud nos¹⁴⁸⁹ Gallinas castrare insolens est. Gallo vesci, maxime provectae aetatis dedecus, etsi rusticis usurpatum, utpote ingrato nobilium palatis; nam, ut ait Baptista Fiera¹⁴⁹⁰ medicus, ac Poëta.

*Prandia si dederit, Veneris documenta protervus
Nesciat: hinc sicca est, et male grata caro.*

Sit puer, aut {Cybelis} <Cybeles> poenas pro nomine falso

Pendat, et execto sit tibi teste Capus.

Sic praepinguis erit, sic iam dormire licebit,

Et pariet raucae fercula larga gulae.

Sic humens Gallina vices huic cedit honoras

Vel nigra, vel partus sit licet indocilis.

Sic cerebrum, Veneremque fovet: minus ignea pullo

Vis est: sub sicco hic sit mihi {coena} <caena> cane.

Maxima, testiculis positus tibi gloria, Galle,

Somno, alvo, Veneri gratus es, et {Cybeli} <Cybelae>.

Apud veteres inter caeteras, quas saginabant, saginatas Gallinas magni faciebant, ut C. Fannius legem ferre coactus fuerit, qua volucres mensis apponere prohiberet, praeter unam Gallinam, eamque quae non esset altilis. Si autem altilis apponebantur, ars culinarum erat, ut ab uno pede {laceratae} <dilatatae>¹⁴⁹¹ tota repositoria occuparent: inde illud Satyricum¹⁴⁹²:

Quo gestu Lepores, {vel} <et> quo Gallina secetur <.>

Lex vero de altili Gallina ante tertium bellum Punicum undecim annis lata fuit, teste Plinio¹⁴⁹³:

Vi sono alcuni che per la tavola e per coloro che hanno la febbre preferirebbero le galline castrate* ai pollastri sia maschi che femmine. Presso di noi - a Bologna - non è abitudine castrare le galline. Mangiare un gallo, soprattutto se ha un'età avanzata, è disdicevole, anche se lo fanno i contadini, e mangiarlo risulta estremamente sgradito ai palati dei nobili; infatti, come dice Giovanni Battista Fiera* medico e poeta:

Se darà dei pranzj, l'impetuoso non deve conoscere gli insegnamenti di Venere: dai galli si ottiene una carne secca e non gradita. Sia un giovincello, oppure sconti le pene di Cibele* sotto falso nome, e prendi un cappone con il testicolo asportato. Così sarà molto grasso, così adesso gli sarà possibile dormire, e genererà delle abbondanti portate dalla gola roca. Così l'umida gallina si sostituirà a costui in modo maestoso, e deve essere o nera, o possibilmente incapace di deporre uova. Così riscalda il cervello e l'appetito sessuale: nel pollo vi è una minor forza focosa: costui sia per me una portata durante una secca estate. A te o gallo la gloria più grande per aver perso i testicoli, sei gradito al sonno, all'intestino, a Venere e a Cibele.*

Presso gli antichi, tra gli altri volatili che ingrassavano, tenevano in grande considerazione le galline ingrassate, tant'è che Gaio Fannio* fu costretto a emanare una legge con la quale proibiva di mettere sulle tavole i volatili, eccetto una sola gallina, e che non fosse ingrassata. Ma se vi venivano messi dei volatili ingrassati, l'arte culinaria consisteva nel fatto che tirati a partire da una zampa occupassero tutto il portavivande: da cui quell'espressione satirica di Giovenale*:

Con quale gesto le lepri e con quale una gallina viene squartata.

In verità undici anni prima della terza guerra punica* - nel 161 aC - fu stilata una legge a

¹⁴⁸⁸ Vedi a pagina 277*.

¹⁴⁸⁹ Tuttavia Michele Savonarola* (Padova 1384 - Ferrara 1468), l'eviratore di galline, aveva adottato questa pratica non molto lontano da Bologna. Infatti visse e operò come medico prima a Padova e poi a Ferrara, ma non sappiamo se questa sua castrazione delle galline si fosse diffusa e mantenuta in altre aree della pianura padana.

¹⁴⁹⁰ Il brano è tratto quasi per intero dal capitolo GALLUS: CAPUS: GALLINA: PULLUS della *Coena*. Il testo ottenuto attraverso <http://gallica.bnf.fr>, e che qui non viene trascritto, risale a una stampa forse al 1489 ed è un po' diverso da quello riportato da Aldrovandi.

¹⁴⁹¹ Plinio *Naturalis historia* X,140: Postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora, ut a pede uno dilatatae repositoria occupent. § Vedi anche Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 433*: Postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora, ut a pede uno dilatatae repositoria occupent. Dedere et Parthi cocis suos mores, Plinius.

¹⁴⁹² Giovenale, *Satira* V,123-124: [...] nec minimo sane discrimine refert | quo gestu lepores et quo gallina secetur.

¹⁴⁹³ *Naturalis historia* X,139-140: Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis exorta opimas aves et suoapte corpore unctas devorandi. Hoc primum antiquis cenarum interdictis exceptum invenio iam lege Gai Fanni consulis undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucres poneretur praeter unam gallinam quae non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. [140] Inventumque devorticulum est in fraudem earum gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores adprobantur. § Non si capisce in cosa consista la scappatoia stando alle parole di Plinio. Per la legge Fannia non si poteva porre in tavola alcun volatile eccetto una gallina che non doveva essere stata ingrassata. Ma i galli, nutriti con cibi inzuppati nel latte per renderli di sapore più raffinato, erano anch'essi dei volatili, salvo che li facessero passare per galline asportando cresta e speroni, oppure che i cibi inzuppati nel latte fossero capaci - ma non lo erano - di castrarli e di farli somigliare a galline. Misteri interpretativi! Oltretutto, grazie al latino di Plinio, *quae non esset altilis* potrebbe magari tradursi con *gallina che non fosse grassa = che*

Hoc primum, inquit, antiquis coenarum interdictis exceptum invenio iam lege C. Fannii <consulis> undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucrum poneretur, praeter unam Gallinam, quae non esset altilis: quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. Inventumque diverticulum est in fraudem earum, Gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibus, multo ita gratiores approbantur. Haec ille.

Erant autem communia praecepta, et adhuc quotidie traduntur, qua ratione tenerescant, ut proprio a nobis allato capite¹⁴⁹⁴ de saginatione monstratum est. Absque vero longa saginatione tenerescet, si Horatio¹⁴⁹⁵ credimus.

Si vespertinus subito te oppresserit hospes<,>

Ne Gallina malum responset dura palato,

Doctus eris vivam musto mersare {falerno} <Falerno:>

Hoc teneram {facies} <faciet>.

Idem praestabis imposita in anum ficu, unde Gallum immolatum Herculi recentem tenerum et pene friabilem cum quam inter obsonia obtulisset¹⁴⁹⁶, tam {citis} <cutis> teneritudinem ficui acceptam retulisse legitur. Etsi tamen ita tenerae factae sint Gallinae, nonnulli eo libidinis devenerunt, ut vel unam tantummodo partem avis ad esum admitterent: unde quoque apud Plinium legimus, mox cum de saginatione harum avium locutus esset¹⁴⁹⁷, *nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, {hic} clune, alibi pectore tantum laudatis.* Haud iuste itaque Pertinacem Imp. Capitolinus¹⁴⁹⁸ nimium illiberalem forte vocaverit, quod amicis aliquando lumbos Gallinaceos miserit: crediderim enim id gulae causa factum.

proposito della gallina ingrassata, come testimonia Plinio* che dice: *Fra gli antichi divieti riguardanti le portate, per la prima volta già nella legge del console Gaio Fannio, stilata undici anni prima della terza guerra punica, trovo la proibizione di non porre in tavola alcun volatile eccetto una sola gallina non ingrassata: questo articolo fu in seguito ripreso e passò da una legge all'altra. Si trovò una scappatoia per ingannare queste leggi allevando anche i galli con cibi inzuppati nel latte, vengono così considerati di sapore molto più raffinato.* Queste le sue parole.

D'altra parte esistevano anche dei comuni precetti, e vengono ancora tramandati quotidianamente, su come renderle tenere, come ho spiegato nell'apposito paragrafo riguardante l'ingrassamento da me inserito. Ma diventerà tenera anche senza un protratto ingrassamento, se crediamo a Orazio*:

Se improvvisamente un ospite serale ti coglierà di sorpresa, affinché la gallina non risulti spiacevolmente dura al palato, sarai scaltro se la immergi viva in vino nuovo di Falerno: questo la renderà tenera.*

Otterrai la stessa cosa collocando un fico* nell'ano, per cui si legge che avendo proprio presentato tra le vivande un gallo tenero e quasi friabile appena immolato a Ercole*, attribuì tanta tenerezza della pelle come dovuta al fico. Tuttavia anche se le galline sono rese tenere in tale modo, alcuni giunsero a un punto tale di brama da accettare che venisse mangiata solo una parte del volatile: per cui anche in Plinio leggiamo, subito dopo aver parlato dell'ingrasso di questi volatili, *tuttavia, in questo modo di abbellire le portate, non tutto è gradito allo stesso modo, in quanto viene decantata la coscia, in altri posti solamente il petto.* Pertanto Giulio Capitolino* forse non ha correttamente definito come un po' troppo avaro l'imperatore Pertinace* in quanto talora mandava in

doveva essere grassa, come ci permettiamo noi italiani di usare il *non* con il condizionale con finalità affermative anziché negative. Ma se la gallina doveva essere grassa, addio parsimonia nelle spese per le mense, perché ingrassare un volatile costa di più.

¹⁴⁹⁴ Aldrovandi comincia a parlarne a pagina 232*.

¹⁴⁹⁵ *Satirae* II,4,17-20: Si vespertinus subito te oppresserit hospes, | ne gallina malum responset dura palato, | doctus eris vivam musto mersare Falerno: | hoc teneram faciet.

¹⁴⁹⁶ Non si capisce chi è il personaggio che presenta il gallo appena immolato a Ercole. Negativa la ricerca in Conrad Gessner, il quale magari avrebbe citato la fonte e il personaggio.

¹⁴⁹⁷ *Naturalis historia* X,140: Feminae quidem ad saginam non omnes eliguntur nec nisi in cervice pingui cute. Postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora, ut a pede uno dilatatae repositoria occupent. Dedere et Parthi cocis suos mores. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, clune, alibi pectore tantum laudatis.

¹⁴⁹⁸ Aldrovandi sta ciurlando nel manico: in base a quanto racconta pacatamente Giulio Capitolino, Pertinace doveva essere un po' avaruccio, e non generoso nei confronti del palato degli amici come vorrebbe benignamente far credere il nostro Ulisse. - La citazione completa ma sintetizzata del brano di Giulio Capitolino relativo a Pertinace la troviamo in Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 387*: Pertinax imperator nimium illiberalis, amicis si quando de prandio suo mittere voluit, misit offulas binas, aut omasi partem, aliquando lumbos gallinaceos, Iulius Capitolinus. §- Ecco il brano completo di Giulio Capitolino, *Helvius Pertinax*, XII,1-6: 1 Fuit autem senex venerabilis, inmissa barba, reflexo capillo, habitudine corporis pinguiore, ventre prominulo, statura imperatoria, eloque mediocri et magis blandus quam benignus nec umquam creditus simplex. 2 Et cum verbis esset affabilis, re erat inliberalis ac prope sordidus, ut dimidiatas lactucas et cardus in privata vita convivii adponeret. 3 Et nisi quid missum esset edulium, quotquot essent amici, novem libras carnis per tres missus ponebat. 4 Si autem plus aliquid missum esset, etiam in alium diem differebat, cum semper ad convivium multos vocaret. 5 Imperator etiam, si sine conviviis esset, eadem consuetudine cenitabat. 6 Amicis si quando de prandio suo mittere voluit, misit offulas binas aut omasi partem, aliquando lumbos gallinacos. Fasianum numquam privato convivio comedit aut alicui misit.

Etsi autem in dorso carnis parum sit admodum, pellicula tamen ipsa, maxime in altili Gallina, pinguis est, et apprime delicata: ita et Matron apud Athenaeum¹⁴⁹⁹.

*Sic factus est, rident alii, moxque afferunt
Gallinas altiles in argenteis patinis*

Deplumes, aetate pares, dorso laganis similes,

hoc est, ut ego expono, dorso gratas, non autem ruf{f}escente dorso, ut alii exponunt: siquidem lagana non ruf{f}escunt, sed albescunt.

Cristae etiam, et palearia privatim a quibusdam eduntur ex iure, vel assae super prunas, et dein addito pipere, et succo aurantii: nos testes etiam adiungimus, maxime die sancto Pellegrino sacro, idest, calendis Augusti, quo tempore Bononiensibus Galli castrantur. Sunt qui difficulter coqui asserant, parumque nutrire, utpote siccae naturae: attamen Galenus¹⁵⁰⁰ cristas Gallinaceorum, et paleas medio loco habet, non probandas nimirum, nec improbandas. In maximis etiam apud Romanos delitiis cristas fuisse historia traditum invenimus, viri alioqui gravis invento. Eas Messalinus Cotta Messalae oratoris filius cum palmis pedum {et} <ex> Anseribus torrere, atque patinis condire reperit.¹⁵⁰¹

Et Heliogabalus, cui nulla fuit vita nisi in voluptatis novae exquisita ratione, saepius ex {Apitii aemulatione} <Apicii imitatione>, ut [295] {Spartanus} <Spartianus¹⁵⁰² - Lampridius>¹⁵⁰³ prodit, cristas Gallinaceis viventibus voravit, item camelorum calcanea, Pavonum linguas, et Lusciniarum. Cerebrum etiam coquitur, editurque

tavola agli amici i fondoschiena dei polli: infatti io sarei dell'avviso che ciò è accaduto per motivi di gola.

Ma anche se a livello del dorso c'è molta poca carne, tuttavia la pelle stessa, soprattutto nella gallina ingrassata, è pingue e assai deliziosa: così si esprime anche Matrone di Pitane* in Ateneo*:

Così è accaduto, altri sorridono, e subito portano delle galline ingrassate e spiumate in piatti d'argento, di pari età, simili per la schiena a delle frittelle fatte di miele farina e olio, cioè, come io interpreto, gradite a causa del dorso, ma non dal dorso rossiccio, come altri interpretano: infatti quelle frittelle non sono rossicce, ma biancastre.

Da alcuni vengono in particolar modo mangiate anche le creste e i bargigli in brodo, oppure arrostiti sulla brace e quindi con l'aggiunta di pepe e di succo di arancia: noi vi aggiungiamo anche i testicoli, soprattutto nella festività di San Pellegrino*, cioè il primo di agosto, quando i galli vengono castrati* dai Bolognesi. Alcuni affermano che si digeriscono con difficoltà, e che sono di scarso valore nutritivo, in quanto sono di natura secca: tuttavia Galeno* pone le creste e i bargigli dei galli in una via di mezzo, e cioè che non sono da lodare né da condannare. Troviamo tramandato dalla storia che anche presso i Romani le creste facevano parte delle più grandi delizie in seguito alla trovata di un uomo peraltro importante. Messalino Cotta*, figlio dell'oratore Messalla*, inventò la ricetta di arrostarle e di condirle in padella con zampe d'oca.

Pagina 295

Ed Eliogabalo*, il quale non ebbe altro tipo di vita se non quello di cercare come ottenere un rinnovato piacere, piuttosto spesso per imitare Apicio*, come riferisce Elio Lampridio*, mangiò le creste di galli vivi, e parimenti gli stinchi dei cammelli, le lingue dei pavoni e degli usignoli. Anche il cervello viene cucinato, e viene soprattutto mangiato lievemente

¹⁴⁹⁹ *Deipnosophistai* Lib. 14. (Aldrovandi) - XIV,74,656e-f.

¹⁵⁰⁰ *L. 3 de aliment.* (Aldrovandi)

¹⁵⁰¹ Plinio *Naturalis historia* X,52: Sed, quod constat, Messalinus Cotta, Messalae oratoris filius, palmas pedum ex iis torrere atque patinis cum gallinaceorum cristis condire repperit; tribuetur enim a me culinibus cuiusque palma cum fide. § Aldrovandi non è corretto. Messalino prima faceva arrostitire le zampe d'oca - in padella o sulla brace, questo non si sa - e poi le condiva in padella con le creste dei gallinacci. § Corretta è invece la parafrasi del brano di Plinio riportata da Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 387*: Constat Messalinum Cottam Messalae oratoris filium palmas pedum ex anseribus torrere, atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperisse, Plinius.

¹⁵⁰² Elio Sparziano - IV sec. dC - fu uno degli autori dell'*Historia Augusta**, ma non scrisse la biografia di Eliogabalo, bensì quelle di Adriano, Elio Vero, Settimio Severo, Pescennio Nigro, Caracalla, Geta e Didio Giuliano (forse quest'ultima è da attribuire a Giulio Capitolino).

¹⁵⁰³ *Elagabalus* o *Heliogabalus* (*Marcus Aurelius Antoninus*) XX,5: Comedit saepius ad imitationem Apicii calcanea camelorum et cristas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum et lusciniarum, quod qui ederet a pestilentia tutus diceretur. § Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 387*: Heliogabalus saepe edit ad imitationem Apicii calcanea camelorum, et cristas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum et lusciniarum, quod qui ederet ab epilepsia tutus diceretur, Lampridius.

maxime leviter assum cum pauco sale. Acuit autem privatim intellectum. Laudat eiusmodi cerebella Baptista Fiera medicus, ac poeta, sed adiecto pipere humiditatem obtundendam: ait autem:

Quadruped<i>um praestant oculi, cerebella volucrum:

Uda tamen nimium, ni piper addis erunt.

Iecinora harum avium inter omnia edulia Cardanus celebrat. Rasis vero ex Galeno¹⁵⁰⁴ inter hepat<i>a primatum Anserino tribuit, idque quia humidius, et tenerius, ita etiam sapore suavius esse ait, secundam vero laudem Gallinaceo ascribit. Est tamen, et hoc humidum quod idem Fiera hoc carmine docet, inquiens.

Colla iecurque calent, sed colla fluentibus hument,

Gallina, Anser, Anas mollius hepar habent.

Id super prunas assatum labentes vires brevi reparat, superbibito pauco vino albo. Ventriculus si coquatur uberrime nutrit, teste Galeno¹⁵⁰⁵, ac inter omnes Gallinae, et Anseris praestantissimus ei censetur: et alibi, si bene memini¹⁵⁰⁶, ita habet: *Ventriculi in cibo laudantur, prae intestinis, praesertim altitium Gallinarum, magisque etiam Anserum: sunt enim perquam suaves<:> caeterum crassi,<> durique, eoque ad concoquendum difficiles, sed quibus semel coctis multum alimenti insit.* Et Villanovanus nullos animalium ventriculos in cibo laudari asserit, praeter ventriculos Gallinarum, Anserum, et Gruis.

Intestina etiam privatim cum aliis quibusdam rebus incocta edebant, ea gigeria, teste Hermolao, vocant, alii gigeria¹⁵⁰⁷ legunt. Inter reliquas partes testes maxime commendantur, Galeno maxime, ac omnibus medicis, potissimum si Galli lacte nutriti essent. Hi enim concoctu facillimi sunt, et amplissimi. Cuius rei mentionem facit Alexander

arrostito con poco sale. In verità acuisce in modo particolare la mente. Il medico e poeta Giovanni Battista Fiera* loda questi piccoli cervelli, ma con l'aggiunta di pepe per attenuarne l'umidità: infatti dice:

Sono eccellenti gli occhi dei quadrupedi, i cervelli degli uccelli.

Tuttavia questi saranno troppo umidi se non vi aggiungi del pepe.

Gerolamo Cardano* tra a tutte le cose commestibili elogia i fegati di questi volatili. Ma Razi*, desumendolo da Galeno*, tra i vari fegati attribuisce il primato a quello di oca, e lo fa perché è più umido e più tenero, e dice pertanto che anche come sapore è più squisito, ma la seconda lode la aggiudica a quello di pollo. Tuttavia anche questo è umido, cosa che insegna lo stesso Fiera con questi versi, dicendo:

I colli e il fegato sono pieni di calore, ma i colli sono pieni di umidità,

La gallina, l'oca, l'anatra hanno un fegato più molle.

Il fegato, arrostito sulla brace, ripristina in breve le forze che stanno diminuendo, bevendoci sopra poco vino bianco. Come testimonia Galeno, lo stomaco, se lo si digerisce, nutre in modo meraviglioso, e tra tutti giudica come migliore quello di gallina e di oca: e in un altro punto, se ben ricordo, si esprime così: *Gli stomaci come cibo vengono lodati prima degli intestini, soprattutto delle galline ingrassate, e ancor più delle oche: infatti sono estremamente gustosi: per il resto sono grassi e duri, e pertanto difficili da digerire, ma una volta cotti vi sarebbe dentro parecchio nutrimento.* E Arnaldo da Villanova* afferma che nessuno stomaco di animale viene lodato come cibo, eccetto lo stomaco della gallina, delle oche e della gru.

Mangiavano in modo particolare anche gli intestini fatti cuocere insieme ad alcune altre cose, e li chiamano, come riferisce Ermolao Barbaro*, *gigeria*, altri dicono *gigeria* - o anche *gigeria*, frattaglie. Tra le rimanenti parti vengono raccomandati oltremodo i testicoli, soprattutto da Galeno e da tutti i medici, in modo particolare se i galli erano nutriti con latte.

¹⁵⁰⁴ 2 *Aph.* 37. (Aldrovandi)

¹⁵⁰⁵ *De cibis boni et mali succi.* (Aldrovandi-Gessner)

¹⁵⁰⁶ Si tratta di una delle numerosissime citazioni di Aldrovandi adattate e tratte da Conrad Gessner, *Historia Animalium III* (1555) pag. 391-392*: Ventriculus volatilium si concoquatur, uberrime nutrit. Gallinae quidem et anseris [392] praestantissimus est, Galenus in libro de cibis boni et mali succi. Ventriculi in cibo laudantur prae intestinis, praesertim altitium gallinarum, magisque etiam anserum. Sunt enim perquam suaves: caeterum crassi durique, eoque ad concoquendum difficiles: sed quibus semel coctis multum alimenti insit, Galenus si bene memini. Ventriculi animalium non laudantur in cibo, praeter ventriculum gallinarum, aut anserum, aut gruis, Arnoldus Villanov.

¹⁵⁰⁷ Forse si tratta di un vocabolo punico. § Più completa è la citazione di Conrad Gessner *Historia Animalium III* (1555) pag. 392*: Gigeria, intestina gallinarum cum his et ita (forte, cum gallinis ita) cocta, Lucilius lib. 8. Gigeria sunt sive adeo hepeta, (hepatia.) Nonius. Quidam sic citant, Gigeria sine oleo, his vescamur alacriter. Intestina gallinarum cum rebus aliis incocta, veteres gigeria vocabant, Hermolaus.

Aphrodisiensis¹⁵⁰⁸. Uropygium Gallorum, Gallinarum, et Caponum cibum militarem esse Galli existimant. Veteranos enim milites uropygiorum voratores appellant: Certum autem est altilium, et praepinguum gulae mirifice placere: et luxuriosis vulgo exhiberi per iocum solet¹⁵⁰⁹. Sanguis item Gallinarum non est inferior sanguine suum, sed multo peior leporino. Erant Galeni¹⁵¹⁰ tempore, qui eum ederent. Nostri dum Gallinas occidunt, eas ex pedibus suspendunt, ut simul collectus ad locum affectum sanguis conglobetur, et postea in cibum cedat.

Ex capitibus, et inter{r}aneis Caponum, et Gallinarum Platina eiusmodi describit patinam¹⁵¹¹. Gallinarum, atque avium iecuscula, pulmones, pedes, capita et colla bene lavabis. Lota, et elixa in patinam sine iure transferes. Indes anethum, mentam, petroselinum, inspergesque piper, aut cinnamonum, ac statim convivis appones. Iuscula denique harum avium non ingrata sunt.

Quinim<m>o apud Aegyptias mulieres ius pinguium Gallinarum nigrarum arte pinguefactum in familiarissimo usu esse legimus in balneis, ut se pinguefaciant. Etenim ipsum totum ex unica Gallina confectum {unaquaeque} <unaquisque> mulier potat, totamque Gallinam in balneo devorat. Alias accipiunt Gallinam nigram probe pinguem ac carnosam, in cuius ventrem iniiciunt avellanarum contusarum, amygdalarum dulcium, pistac{h}iorum, pinearum, pisorum ana drachmas tres: quam hoc pacto paratam in aqua decoquant, ipsamque percoctam unica die in balneo mulier unica totam depascitur, eiusque ius, in quo etiam Sarcocolla<m> ebulliunt, absorbet, pluribusque diebus hoc mulier pinguefacienda continuat.

Eodem fere modo aliam Gallinam decoctam comedunt, et ius eius bibunt: sed prius tritici mundi in aqua decocti libram unam comedendam exhibent: quod cum ipsa comederit, Gallinam

Infatti essi sono facilissimi da digerire, e molto grossi. Di questo fa menzione Alessandro di Afrodisia*. L'uropigio* dei galli, delle galline e dei capponi i Francesi ritengono sia un cibo per soldati. Infatti chiamano mangiatori di uropigio i soldati veterani: in effetti è certo che fa estremamente piacere alla gola quello dei soggetti ingrassati ed estremamente pingui: e ovunque viene abitualmente mostrato per scherzo ai lussuriosi. Parimenti il sangue delle galline non è inferiore al sangue dei maiali, ma è molto peggiore di quello di lepre. Ai tempi di Galeno c'erano alcuni che lo mangiavano. I nostri contemporanei quando uccidono le galline le appendono per i piedi affinché il sangue dopo essersi coagulato nei pressi della ferita assuma una forma sferica, e poi si trasformi in cibo.

Bartolomeo Sacchi detto il Platina* descrive il seguente pasticcio* fatto con le teste e le rigaglie dei capponi e delle galline. Laverai per bene i fegatelli, i polmoni, le zampe, le teste e i colli delle galline e degli uccelli. Dopo averli lavati e lessati li trasferirai senza il brodo in un piatto. Vi aggiungerai dell'aneto*, della menta*, del prezzemolo e vi cospargerai del pepe o della cannella*, e subito li servirai ai convitati. Infine i brodini di questi volatili non sono spiacevoli.

Anzi, leggiamo che presso le donne egiziane il brodo delle galline nere grasse reso grasso ad arte è di uso estremamente comune nei bagni pubblici, per poter ingrassare. E infatti ciascuna donna beve tutto quanto il brodo derivato da una sola gallina, e nel bagno si divora tutta quanta la gallina. Oppure prendono una gallina nera bella grassa e in carne, e vi ficcano nella pancia tre dracme ciascuna [circa 10 g] di nocciole pestate, di mandorle dolci, di pistacchi*, di pinoli e di piselli: dopo averla preparata in questo modo la fanno cuocere per bene in acqua, e nel giro di un solo giorno una sola donna mentre si trova al bagno se la mangia tutta quanta stracotta, e beve il suo brodo, in cui fanno bollire anche della sarcocolla*, e la donna che deve diventare obesa continua a farlo per parecchi giorni.

Quasi allo stesso modo mangiano un'altra gallina cotta per bene e bevono il suo brodo: ma prima le danno da mangiare una libbra [327,45 g] di grano pulito stracotto in acqua: quando l'ha mangiato

¹⁵⁰⁸ 2 *Prob.* 7. (Aldrovandi) § Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 392*: Cur gallinaceorum testes, quos lacte saginant, amplissimi et concoctu faciles fiant, causam adfert Alexander Aphrodisiensis in *Problematibus* 2. 73. interprete Gaza.

¹⁵⁰⁹ Vista la considerazione particolare in cui erano tenuti i Ministri di Dio, all'uropigio venne attribuito il nome di *Boccone del Prete*. A mio avviso suona invece un po' irriverente il termine inglese riservato all'uropigio: *Parson's nose*, cioè naso del Parroco.

¹⁵¹⁰ Lib. 3 *de Aliment.* (Aldrovandi)

¹⁵¹¹ *De honesta voluptate*.

decapitat¹⁵¹², coquit, totamque in balneo comedit, et totum insuper ius ebibit. Idem quoque factitant aliae, sed alio modo Gallinam coquendam praeparant. Nam pisa, et triticum ad libram semis in aqua decoctum Gallinae comedendum exhibent, quod ubi totum comederit, decapitatum decoquunt, solamque comedunt, eiusque ius potant illa die, quinquiesque hoc illae factitare solent. Author horum omnium est Prosper Alpinus¹⁵¹³.

Insuper Antagoras poeta tanti Gallinaceum ius fecit, ut Athenaeus scribat¹⁵¹⁴, ire noluisse in balneum cum aliquando Gallinam elixaret, ne pueri, absente eo, absorberent iusculum.

Ut modo de apparatu harum avium cum aliis rebus aliquid dicamus{.}<,> Apicium in primis, et Platinam sequi placuit. Sunt certe apparatus varii. Apicius¹⁵¹⁵ cum conchiclas quasdam (sic dicta edulia a faba conch{id}e, ut puto¹⁵¹⁶) cum faba, et cum pisa descripsisset: aliter, inquit, conchiclam sic facies: *Pullum {levas} <lavas>, exossas, concidis minutatim cepam, coriandrum, cerebella enervata, mittis in eundem pullum, liquamine, oleo, et vino ferveat: cum coctus fuerit, concidis minutatim cepam, et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam, accipies conchiclam pro modo, componis varie: deinde teres piper, cuminum: suffundis ius de suo sibi. Item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies, et inferes.*

taglia la testa alla gallina, la fa cuocere, e se la mangia tutta mentre sta al bagno, e inoltre si beve tutto quanto il brodo. Anche altre donne fanno abitualmente la stessa cosa, ma preparano la gallina da cuocere in un altro modo. Infatti danno da mangiare alla gallina dei piselli e del grano nella quantità di circa mezza libbra e dopo che ha mangiato il tutto la fanno cuocere dopo averla decapitata e la mangiano da sola, e quel giorno bevono il suo brodo, e sono solite fare ciò per cinque volte. Autore di tutte queste cose è Prospero Alpino*.

Inoltre il poeta Antagora di Rodi* ha tanto decantato il brodo di pollo da indurre Ateneo* a scrivere che non voleva andare al bagno quando talora faceva cuocere una gallina, affinché i giovani schiavi in sua assenza non bevessero il brodino.

Adesso per dire qualcosa circa il modo di preparare questi volatili insieme ad altre notizie, mi è parso opportuno seguire innanzitutto Apicio e il Platina. Esistono certamente diversi modi di prepararli. Apicio descrisse certe favette - o minestre di fave* con la buccia - (sono dei cibi così chiamati dalla fava con la sua buccia, mi pare) fatte con la fava e con il pisello, e dice: *Farai una favetta in un'altra maniera nel modo seguente: Lavi un pollo, lo disossi, tagli a pezzettini della cipolla*, del coriandolo*, dei cervelli senza i nervi, li metti dentro allo stesso pollo, deve bollire con salsa di pesce, olio e vino: quando sarà cotto tagli a pezzettini della cipolla e del coriandolo, colandolo vi versi sopra del pisello cotto non condito, prenderai della favetta in proporzione, disponi in modi diversi: quindi triterai del pepe, del cumino*: gli versi il suo brodo. Rompi anche due uova in un mortaio, le sbatti, spargi il loro liquido sui piselli interi bolliti, oppure guarnirai con gherigli di noce, e farai cuocere a fuoco lento, e metterai in tavola.*

¹⁵¹² È veramente esilarante, intrigante nonché stressante questo continuo passaggio del verbo dal singolare al plurale, che equivale al passaggio da una sola donna - la divoratrice di tutta la gallina - a più donne, tutte quante preparatrici della gozzoviglia egiziana con un'identica ricetta!

¹⁵¹³ *De Medicina Aegyptiorum libri quatuor*, Liber 3, cap. 16. (Aldrovandi)

¹⁵¹⁴ *Deipnosophistai* VIII,25,340f. § Nella traduzione inglese del 1854 a cura di C. D. Yonge l'equivalente del latino *pueri* - οἱ παῖδες - viene tradotto con *slaves*, cioè schiavi, e siccome il latino *pueri* tanto come il greco οἱ παῖδες significa anche giovani schiavi, allora ci adeguiamo a Yonge. Insomma, è come quando un nostro giovane inserviente lo chiamiamo ragazzo.

¹⁵¹⁵ L. 5 *artis coquin.* (Aldrovandi) § Apicio *De re coquinaria* V,4,5: Aliter conchiclam sic facies: concidis pullum minutatim, liquamine, oleo et vino ferveat. Concidis cepam, coriandrum minutum, cerebella enervas, mittes in eundem pullum. Cum coctus fuerit, levas et exossas. Concides minutatim cepam et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam. Accipies conchiclam, pro modo componis varie. Deinde teres piper, cuminum, suffundis ius de suo sibi. Item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies et inferes. (www.fh-augsburg.de) - [...] Accipies conchiclam, pro modo componis varie. [...] (www.thelatinlibrary.com)

¹⁵¹⁶ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555) pag. 387*: Apparatus varii. Apicius lib. 5. Artis coquinariae, cum Conchiclas quasdam (sic dicta edulia a faba conchide [conche], ut puto) cum faba et cum pisa descripsisset: Aliter (inquit) conchiclam sic facies: Pullum levas, exossas, concidis minutatim cepam, coriandrum, cerebella enervata: mittis in eundem pullum: liquamine, oleo et vino ferveat, cum coctus fuerit, concidis minutatim cepam et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam, accipies conchiclam pro modo, componis varie: deinde teres piper, cuminum: suffundis ius de suo sibi. item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies, et inferes.

Aliter¹⁵¹⁷ conchiola farsilis, sive conchiculus pullus, vel porcellus: *Exossas* [296] *pullum a pectore, femora eius {iungis} <iungis> in porrectum, surculo alligas et impensam paras, et facies alternis pisam lotam, cerebella, lucanicas, et caetera: teres piper, ligusticum, origanum, et Zinziber. Liquamen suffundis, passo{,} et vino temperabis. Facies ut ferueat, et cum ferbuerit, mittis modice, et {pisam} <impensam> cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis, et in operculo deponis, et in furnum mittis, ut coquantur paulatim, et inferes.*

Apud eundem item alibi¹⁵¹⁸ istos leges apparatus. *In pullo elixo ius crudum. Adiciis in mortarium anethi semen, mentham siccam, laseris radicem, suffundis acetum, adiciis caryotam: refundis liquamen, sinapis modicum, et oleum: defruto temperas, et sic mittis {in pullum anethatum. Aliter pullus}. <Pullum anethatum:> Mellis modice liquamine temperabis. {Lavas} <Levas> pullum coctum, et sabano mundo siccas, charaxas, <et ius scissuris infundis, ut combibat: et cum combiberit, assabis, et suo sibi iure pinnis tangis>, piper asperges, et inferes.*

Pullus Parthicus¹⁵¹⁹. *Pullum aperies a navi (de hac parte alibi¹⁵²⁰ nostram aperuimus sententiam) et in quadrato ornas: teres piper, ligusticum, carei modicum, suffundis liquamen, vino temperas, componis in cumana pullum, et condituram super pullum facies: laser, et vinum {inter illas} <in tepida>¹⁵²¹ dissolvis, et in pullum mittis simul, et coques, piper asperges, et inferes.*

Apicio* - In un altro modo, una favetta farcita, ossia pollo oppure maialino cotto con fave*: *Disossi il pollo a partire dal petto, unisci le sue cosce in estensione, fissi con uno spiedino e prepari gli ingredienti, e disporrai alternativamente dei piselli lavati, dei cervelli, delle luganiche* e così via: triterai del pepe, del sedano di monte*, dell'origano* e dello zenzero*. Vi cospargi della salsa di pesce e vi mescolerai del vino passito. Farai in modo che giunga all'ebollizione e quando bollerà lo metti a fuoco lento, e quando avrai condito gli ingredienti, li metti alternativamente nel pollo, ricopri con l'omento e collochi in un coperchio e introduci in forno in modo che cuociano poco a poco, e metterai in tavola.*

Sempre nel suo trattato in un altro capitolo potrai leggere le seguenti ricette. BRODO CRUDO IN POLLO BOLLITO. *Metterai in un mortaio del seme di aneto*, della menta essiccata*, della radice di silfio*, cospargi di aceto, vi aggiungerai del dattero: vi versi della salsa di pesce, una modica quantità di senape* e dell'olio: condisci con del vino cotto e così lo mandi in tavola. POLLO ALL'ANETO: Condirai con poco miele e con della salsa di pesce. Prendi un pollo cotto e lo asciughi con un panno di lino pulito, gli fai delle incisioni, e metti nei tagli del brodo in modo che si impregni e quando si sarà impregnato lo farai arrosto e con delle piume lo spennelli col suo stesso sugo, darai una spruzzata di pepe e lo metterai in tavola.*

Rostrum reliquorum Gallorum dissimillimum, sed Psittacorum omnino respondens. Est etenim aduncum in superiori parte, totum vero rubrum, Caput totum pectus et venter integer colore roseo diluto, qui in pectore maculis subroseis dilutioribus exiguis, in ventre longe maioribus; quas alba linea transcurrit, insignitur. Cristis insignitur duabus, primum carnea more nostrorum, quae prope rostrum est, inter quam et rostrum superius macula oblonga caerulea est. Crista vero alia pennis constat luteis prope primam cristam parvis mox longe maioribus sursum primum ascendentibus, mox deorsum per collum descendentibus. Oculorum capacitatis forma diversa admodum non tantum a nostratibus Gallis, verum etiam a reliquo volucrum genere: prae se fert enim eundem fere situm, qualis in homine est, oblongum scilicet, in cuius medio oculi siti sunt, quorum pupilla nigra est, iris lutea, cilia nigra. Aures magnae, et erectae asininis non absimiles: sub mento pennae quaedam dependent virides in marginibus nigrae, veluti barbae figuram prae se ferentes, quas palearum quae in Gallo nostro dependent, vicem obtinere arbitror. Collum superiori et uropygio quae viridia sunt, pennae caeruleae, albis calamis ornatae {deorsim}

CAPITOLO IX
CIRCA ALCUNI SOGGETTI ESOTICI
DENOMINATI GALLI, E PER PRIMO
IL GALLO INDIANO ORECCHIUTO
CON TRE DITA

Gli uccelli che adesso si susseguono sono esotici e godono del nome di gallo. Di quello di cui forniamo in primo luogo l'immagine mi fece una copia il Marchese Cesare Facchinetti che un tempo era anche Senatore a Bologna, e io ho descritto tale gallo nel modo seguente. Anche se qualcuno ritiene che nel gallo le orecchie sono insussistenti e che esse sono da attribuire solo ad alcuni uccelli notturni, costui dopo averle viste in un certo tipo di airone che di quando in quando, dotato di aspetto meraviglioso, fa la sua comparsa nelle Fiandre*, e del quale prima o poi tratteremo nel capitolo apposito se Dio ce lo concede, vorrà giudicarle in questo bellissimo gallo come assolutamente non mostruose, tanto meno per così dire fittizie. In realtà l'aspetto di questo gallo è meraviglioso e non è inferiore per bellezza a nessuna specie di uccelli, e adesso risulterà chiaro a chiunque dalla descrizione che seguirà.

Il becco è del tutto diverso da quello degli altri galli, ma riecheggia in tutto e per tutto quello dei pappagalli. Infatti nella parte superiore è adunco, ed è tutto quanto rosso, tutta la testa, il petto e tutto l'addome sono di color rosa diluito, che è costellato a livello del petto da chiazze rosa pallido ancor più diluite e piccole, a livello dell'addome molto più grandi, attraverso le quali passa una linea bianca. È ornato da due creste, in primo luogo da una cresta carnea come i nostri galli e che si trova vicina al becco, e tra essa e il becco superiore si trova una macchia oblunga e azzurra. Ma l'altra cresta è fatta di piume gialle che in vicinanza della prima cresta sono piccole e quindi molto più grandi, che dapprima sono dirette in alto e poi scendono giù lungo il collo. La forma delle orbite oculari è molto diversa non solo da quella dei nostri galli ma anche rispetto alle altre specie di uccelli: presenta infatti quasi la stessa ubicazione che ha nell'uomo, naturalmente è ovale e al suo centro sono situati i globi oculari, e la loro pupilla è nera, l'iride gialla, le ciglia nere. Le orecchie sono grandi ed erette e non sono dissimili da quelle degli asini: sotto al mento penzolano delle penne verdi che sono nere ai bordi, che mostrano le fattezze come di una barba e che penso si trovino al posto dei bargigli, che nel nostro gallo sono pendenti. Dalla parte superiore del collo e dall'uropygio, che sono verdi, pendono verso il basso delle penne azzurre adorne di calami bianchi.

¹⁶⁸⁵ L'unico Facchinetti contemporaneo di Aldrovandi del quale ho trovato notizie è Giovanni Antonio (Bologna 1519 - Roma 1591), che fu Papa col nome di Innocenzo IX dall'ottobre al dicembre del 1591. Le origini della famiglia Facchinetti erano veronesi.

<deorsum> dependent.

Alae admodum diversi coloris sunt. Primae enim earum pennae obscurae virent, sed ita dispositae sunt, ut veluti squamulas efficere videantur, harum medium linea alba percurrit. Quae sequuntur intense admodum virent, sed in extremitate albae sunt; harum tamen tres inferiores caeruleae sunt circumcirca tamen etiam subvirides{;}<.> Hunc ordinem pulcherrimus alius excipit caeruleus, nempe cuius pennae in fine insigniter admodum rubent. Extremae denique remiges luteae sunt, omnium costae albae. Inferior vero alarum pars colore est subcaeruleo ad viridem tendens; superior vero roseo, et costae omnes itidem albae.

Cauda duplex, prior exigua, et quinque tantum pennis constans, iisque ruberrimis, et admodum brevibus, si secundae caudae comparentur. Secunda cauda {novem} <sex>¹⁶⁸⁶ longissimis pennis constat, quarum aliae aliis longiores sunt, et diversum colorem obtinent. Maiores ferrugineae sunt, pennulis tenuissimis oblongis fuscis, hinc inde dependentibus constantes{;}<.> In extremitate ceu oculos ovales rubicundos et circumcirca caeruleos obtinent. Virides vero eiusdem coloris pennulis constant, et in fine oculos albos circumcirca caeruleos obtinent; caeruleae quae sequuntur eodem modo sese habent. Pedes rubei maculis subfuscis distincti. Digniti terni. Ungues et calcaneus albi. Dorsum vero totum subrubrum maculis nigris semilunaribus distinctum, quae in medio linea alba insigniuntur.

Le ali presentano una colorazione molto variegata. Infatti le loro penne anteriori che sono scure hanno colore verde, ma sono disposte in modo tale che sembrano costituire delle piccole squame, e una linea bianca attraversa la loro parte centrale. Quelle che seguono sono di colore verde particolarmente intenso, ma all'apice sono bianche; tuttavia le tre poste più in basso sono azzurre ma tutt'intorno sono anche verdastre. A questa disposizione subentra un altro bellissimo tipo di azzurro, e precisamente le penne di questo colore all'apice sono molto rosse in modo meraviglioso. Infine le ultime remiganti sono gialle, e tutti i loro calami sono bianchi. Ma il lato inferiore delle ali è azzurrino tendente al verde; ma il lato superiore è roseo e allo stesso modo tutti i calami sono bianchi.

La coda è duplice, la prima è piccola e costituita solo da cinque penne che sono estremamente rosse e sono assai corte se paragonate a quelle della seconda coda. La seconda coda è costituita da sei penne molto lunghe, delle quali alcune sono più lunghe delle altre e hanno un colore diverso. Quelle maggiori sono color ruggine costituite da barbe molto sottili oblunghe e scure che pendono da una parte all'altra. All'estremità posseggono come degli occhi ovali rubizzi e tutt'intorno azzurri. Le penne verdi sono costituite da barbe dello stesso colore e all'apice hanno delle ocellature bianche circondate di azzurro, le penne azzurre che vengono dopo si presentano allo stesso modo. Le zampe rossastre sono punteggiate di macchioline abbastanza scure. Le dita sono tre. Le unghie e il calcagno sono bianchi. La schiena è tutta rossiccia punteggiata di chiazze nere a mezzaluna fregiate al centro da una linea bianca.

¹⁶⁸⁶ La scoperta di questo palese errore di Aldrovandi, che va a tenere debita compagnia alla miriade d'inesattezze che continua a elargirci, non è mia, bensì di Fernando Civardi*. Fernando non si accorse di questo errore quando nel 1996 trascrisse il testo latino, bensì quando nel marzo 2008 fu da me incaricato di mettere a dura prova le sue doti di *peintre électronique* nel colorare in base al testo quest'uccello che è fantastico al 99,99%, non essendo stato in grado di identificarlo neppure il Dr Giovanni Boano, Direttore del Museo Civico di Storia Naturale di Carmagnola (TO). Confesso che nemmeno durante la traduzione mi accorsi delle false 9 penne, per cui il merito della scoperta è tutto di Fernando. Come suggeritomi dal collega Dr Leslye Haslam, esiste una possibilità per salvare Aldrovandi: affermare cioè che le 3 penne fantasma sono nascoste dietro alle altre 6. A suo giudizio quest'affermazione salvifica potrebbe uscire ex abrupto dalla candida bocca - ma non dal sublime cervello - di sua moglie Livia Marchioni qualora ne venisse messa al corrente, essendo Livia una bolognese DOC, bolognese di nascita e di stirpe, che purtroppo continuo a tartassare quando incappo in un imperdonabile errore del suo illustre concittadino. Ma Ulisse ricevette un disegno, non un uccello mummificato da affidare poi ai suoi acquarellisti e incisori*, che erano quasi più precisi degli odierni fotografi e che egli snobbò a più non posso mistificandone i capolavori attraverso le sue insulse descrizioni. Anche in questo caso i suoi disegnatori sono salvi, e per l'ennesima volta!

[331] Gallus Indicus cum panico caeruleo Indico.
Gallo indiano con panico* indiano azzurro.



[332] DE GALLO

Alio Indico.

Cap. X.


Quem modo depingimus, simpliciter Gallum Indicum dicunt. Eum magno Hetruriae Duci Ferdinando acceptum refero, qui prae eximia sua liberalitate, ut est virorum doctorum studiosissimus, depictum mihi aliquando dono transmisit. Avis toto corpore coloris erat aterrimi, calcaribus, et cauda carebat, uti etiam crista, cuius loco cirros gerebat. Rostrum erat bicolor, partim enim luteum, nempe caput versus, caetera atrum. Superius rostrum aduncum. Quo loco in aliis Gallis narium foramina sunt, ibi haec avis rotundum quid magnitudine cerasi luteum habebat. Tibiae, pedesque tabellis albicantibus praediti. Pennae etiam quaedam prope anum exiguae albescebant.

CAPITOLO X
IL SECONDO GALLO INDIANO

Quello che adesso raffiguriamo lo chiamano semplicemente gallo indiano. Lo riporto come dovuto al Granduca di Toscana Ferdinando I*, il quale a causa della sua straordinaria generosità, come è caratteristica di un grande fautore degli uomini di scienza, un giorno me lo mandò riprodotto in dono. Il volatile era di colore estremamente nero in tutto il corpo, era privo di speroni e di coda, come pure di crista, al cui posto portava dei riccioli. Il becco era di due colori, infatti in parte era giallo, e precisamente la parte rivolta verso la testa, per il resto era nero profondo. Il becco superiore era adunco. Laddove negli altri galli si trovano i fori delle narici, costì questo volatile presentava un qualcosa di rotondo e giallo della grandezza di una ciliegia. Le gambe e i piedi erano forniti di tasselli biancastri. Anche alcune piccole penne perianali erano biancastre.

Gallus Indicus alius cum frumento Turcico.

Secondo gallo indiano con il granoturco.



Maschio di Hocco messicano - *Crax rubra**

[333] DE GALLINA INDICA
Cap. XI.

Gallinam hanc quoque Indicam appellant; colore tamen, et corporis habitu a superiori Gallo dissimilem, similem vero in eo, quod capite etiam est cirrato. Color totius fere corporis subfuscus. Rostrum, quam in iam dicto Gallo crassius, in medio tuberosum, albicans, nigris maculis insignitum. Oculi nigri, iris crocea. Coxae ex ferrugineo lutescunt. Tibiae, et pedes lutei. Cauda caret, et uropygium, quod in Gallo superiori plumis operitur, nudum plane simiae instar obtinet. Apparet autem esse eiusdem cum Gallo illo generis.

CAPITOLO XI
LA GALLINA INDIANA

Chiamano indiana anche questa gallina; tuttavia per il colore e l'aspetto somatico è diversa dal gallo precedente, ma gli somiglia per il fatto che anch'essa ha la testa riccioluta. Il colore di quasi tutto il corpo è tendenzialmente scuro. Il becco è più robusto che nel gallo anzidetto, al centro presenta una tuberosità, è biancastro macchiettato di nero. Gli occhi sono neri, l'iride è color zafferano. Le cosce sono giallo ruggine. Le gambe e i piedi sono gialli. È priva di coda, e presenta l'uropygio, che nel gallo precedente è ricoperto di piume, completamente nudo come quello di una scimmia. Ma sembra che appartenga alla stessa specie di quel gallo.

Gallina Indica cum frumento saraceno.
Gallina indiana con grano saraceno*.




Femmina di Hocco messicano - *Crax rubra**

[334] **DE ALIIS DUABUS**
Gallinis Indicis.
Cap. XII.

Indicas Gallinas alii, alii Numidicas dicunt etiam has, quas modo damus depictas. Num vero caudata, quam priori loco exhibemus, an vero quae subsequitur, cauda carens mas sit, sive Gallinaceus, plane ignoro. Putaverim tamen caudatum marem esse, faeminam alteram. Sit quomodocunque utraque sub Gallinae nomine mihi communicata est, prior a serenissimo magno Hetruriae Duce, cum titulo Gallinae Indicae, altera pro Gallina Numidica. Prior a rostro ad caudae extremitatem usque (quae candida est, sed nigris lineis conspersa,) nigra: quae tamen nigredo ubique ferme ad subcaeruleum vergebat. Podex, et caudae principium subtus candicabant. Rostrum robustum, recurvum, rubicundum. Tibiae eiusdem fere coloris, sed pallidioris multo, et in postica parte ad [335] caeruleum vergebant.

CAPITOLO XII
LE ALTRE DUE GALLINE INDIANE


Alcuni chiamano galline indiane, altri galline della Numidia* quelle di cui adesso forniamo la raffigurazione. Non so assolutamente se sia il maschio, ossia il gallo, quella fornita di coda che presentiamo per prima, oppure quella che viene dopo e che è priva di coda. Tuttavia sarei dell'avviso che quello con la coda è il maschio e che l'altra è la femmina. Comunque sia, ambedue mi sono state fornite col nome di gallina, la prima dal serenissimo Granduca di Toscana Ferdinando I* col nome di gallina d'India, l'altra come gallina della Numidia. La prima si presenta nera dal becco fino all'estremità della coda (la quale estremità è candida, ma cosparsa di linee nere): tuttavia questo nero quasi dappertutto tendeva all'azzurro. Il podice e la parte inferiore dell'attaccatura della coda erano bianchi. Il becco era robusto, ricurvo, rosso. Le zampe erano quasi dello stesso colore, ma molto più pallido, e posteriormente tendevano all'azzurro.



Maschio di Hocco dall'elmo - *Pauxi pauxi* o *Crax pauxi pauxi**

Ungues erant atrī. Tuberculum in fronte gerebat magnum, figura ficus, coloris fere caerulei. Cauda longa, minime ut in nostratibus Gallis surrecta, sed ut in Pica extensa. Altera non ita erat atra, sed coloris fuscī tantummodo, quique in collo, et alīs ad cinereum vergeret. Tuberculum in fronte alterius iam dictae simillimum. Rostrum eiusdem coloris, sed minime aduncum. Caetera etiam similia, sed cauda carebat. Planta adiecta est hordeum distichon.

Le unghie erano nere. Sulla fronte portava un grosso tubercolo dall'aspetto di un fico* e di colore quasi azzurro. La coda era lunga, per nulla sollevata come nei galli nostrani, ma allungata come nella gazza. L'altra gallina non era così nera, ma solamente di colore scuro che a livello del collo e delle ali tendeva al color cenere. Il tubercolo che aveva sulla fronte era assai simile a quello dell'altra gallina anzidetta. Il becco era dello stesso colore ma non meno adunco. Anche le altre parti erano simili, ma era sfornita di coda. La pianta annessa è orzo distico*.



Femmina di Hocco dall'elmo - *Pauxi pauxi* o *Crax pauxi pauxi**

[336] DE GALLINIS GUINEIS.

Cap. XIII.

Gallinaceo generi fortassis rectius quam superiores peregrinae alites istae, quas Guinea regio nobis subministrat, annumerandae sunt, quod in omnibus ferme exceptis crista, et calcaribus cum illo convenient. Cum vero Ornithologus¹⁶⁸⁷ eas exactissime nobis describat, descriptioni illius lubenter acquiescemus. Gallus Mauritanus, inquit, pulcherrima avis est, magnitudine corporis, figura, rostro, et pede Phasiano similis, vertice corneo in apicem corneum a posteriori parte praecipitem, in anteriori leniter acclivem elevato, armatus. Eum natura voluisse videtur inferiori capitis parti tribus veluti laciniis se promittentibus committere, atque deligare: inter oculum, et aurem utrinque una, et in fronte media item una omnibus in eiusdem cum vertice coloris: ita ut insideat capiti eo modo, quo ducalis pileus illustrissimo Duci Veneto, si quod iam adversum est aversum fieret. Rugosus is est inferius per circuitum: qua se attollit in directum in summo collo ad occipitium, nascuntur erecti quidam, atque nigri pili (non plumae) in contrarium versi. Oculi toti nigri, aequae et in orbem palpebrae, atque cilia. Si maculam in summa, et posteriori parte supercili utriusque demas. Imum caput per longitudinem utrinque caro quaedam callosa colore sanguineo occupat, quae ne pendeat veluti palea, ut replicaretur, natura voluit, et averso ductu in duos processus acutos a capite liberos finiret. Ex hac carne attollunt se utrinque carunculae, quibus nares in ambitu vestiuntur, et caput in anteriori parte a caetero rostro pallido separatur. Harum ad rostrum margines inferiores, replicantur etiam leviter sub utraque nare.

Quod inter verticem, et carnem est a dextra, et sinistra parte, squamosa incisura duplici notatae: in posteriori nulla, sed laeves, et veluti punctis quibusdam sui coloris respersae: Color illi sub faucibus exquisite est purpureus: in collo obscure purpureus: in caetero corpore per summa contuenti qualis consurgit, si album, et nigrum pollinem utcunque tenuiter

CAPITOLO XIII
LE GALLINE DELLA GUINEA

Forse questi uccelli, di cui ci rifornisce la Guinea*, debbono più correttamente essere annoverati tra il genere dei gallinacci anziché tra gli uccelli esotici prima descritti, in quanto gli somigliano sotto ogni profilo, eccezion fatta per cresta e speroni. Siccome l'Ornitologo ce li descrive in modo più che esatto, ci affidiamo volentieri alla sua descrizione. Egli dice: il gallo della Mauritania* è un uccello bellissimo, simile al fagiano per dimensioni corporee, aspetto, becco e zampe, munito di una sommità del capo di consistenza cornea che dal lato posteriore scende quasi verticalmente verso uno spuntone corneo e che sul davanti si innalza con un pendio dolce. Sembra che la natura abbia voluto dotarlo e avvolgerlo nella parte inferiore della testa come di tre lembi sporgenti: con uno da ambedue i lati posto tra l'occhio e l'orecchio e parimenti con uno al centro della fronte, tutti dello stesso colore della sommità del capo: cosicché la formazione cornea poggerebbe sulla testa come il berretto da generale dell'illustrissimo Doge Veneziano*, ma come se ciò che sta dietro fosse girato sul davanti. Nella parte bassa è rugoso su tutta la circonferenza: dove si alza in linea retta alla sommità del collo in direzione della nuca, lì nascono alcuni peli (non piume) dritti e neri rivolti in direzione contraria. Gli occhi sono completamente neri, come pure le palpebre circolari e le ciglia. Se si esclude una chiazza sulla parte più alta e posteriore di ambedue le sopracciglia. Tipo una carne callosa di colore sanguigno occupa la parte più bassa della testa in tutta la sua lunghezza da ambo i lati, e la natura ha voluto che si ripiegasse in modo da non pendesse come un bargiglio, e che con una direzione contraria terminasse in due estremità acute svincolate dalla testa. Da questa carne si staccano da ambo i lati le caruncole dalle quali le narici vengo rivestite tutt'intono e dalle quali il capo viene separato sul davanti dal rimanente becco pallido. I loro bordi inferiori si ripiegano verso il becco e si comportano leggermente così anche al disotto di ambedue le narici.

Per quanto riguarda ciò che si trova a destra e a sinistra fra la sommità del capo e la sostanza carnea, le caruncole sono segnate da una duplice incisura: posteriormente non ne esiste nessuna, ma sono lisce e come spruzzate da punti dello stesso colore. Là, sotto la bocca, il colore è squisitamente purpureo: sul collo è porpora scuro: nel resto del corpo, se uno guarda in modo sommario, il colore è come quello che si forma se

¹⁶⁸⁷ John Caius - John Kay* - sent a description and figure, with the name Gallus Mauritanus, to Gessner, who published both in his *Paralipomena* in 1555*, and in the same year Belon* also gave a notice and woodcut under the name of Poulle de la Guinee; but while the former authors properly referred their bird to the ancient Meleagris, the latter confounded the Meleagris and the turkey. (<http://encyclopedia.jrank.org>)

tritum colori fusco rarius aspergas, nec tamen commisceas. Tali colori maculae albae ovales, aut rotundae per totum corpus inesse visuntur, per summa minores, per ima maiores comprehensae intervallis linearum, ut apparet in plumarum compositione naturali, qua se mutuo intersecant obliquo hinc inde ductu per summa tantum corporis, non item per ima. Id non ex toto corpore solum deprehendes, sed ex singulis avulsis pennis. Superiores enim, obliquis lineis se mutuo intersecantibus, aut si mavis orbiculis quibusdam ex albo, et nigro ut dixi, polline confectis, et per extremitatem coniunctis, ut in favis, aut retibus, maculas ovales, aut rotundas in spatiis fuscis comprehendunt: inferiore<s> non item. Utraeque tamen simili lege positae sunt. Nam in aliis plumis, ordine ita iunctae sunt, ut fere triangulos acutos faciant: in aliis, ut ovalem figuram repraesentent. Huius generis ordines tres, aut quatuor in singulis plumis sunt, ita ut minores in maiorum complexu reponantur. In extremis alis, et in cauda rectis lineis aequidistantibus procedunt per longitudinem maculae.

Inter Gallum, et Gallinam vix discernes, tanta, e<s>t similitudo, nisi quod Gallinae caput totum nigrum est. Vox illi est divisus sibilus, non sonior, non maior voce Coturnicis, sed similior voci Perdicis, nisi quod sublimior ea est, nec ita clara. Haec omnia Caius.

Ego omnino Meleagridem hanc avem, vel Numidicam Gallinam appellarim, de qua suo loco inter Gallinas scripsimus. Eadem nimirum fuerit Afra avis in versu Horatiano¹⁶⁸⁸. *Non Afra avis descendat in ventrem meum etc.* Hactenus Ornithologus. Sed eiusmodi opinionem suo loco satis, superque ni fallimur, redarguimus. Insuper verum non est Gallinam totum caput nigrum habere, ut Caius ille scripsit, sed quo ad colorem maris capiti simillimum: at obtusius multo est tuberculum.

Describit easdem Gallinas Bellonius¹⁶⁸⁹ hunc fere in modum ex Gallico Latinus factus: Quemadmodum multae merces, quas e Guinea regione ad nos (Gallos) advehunt mercatores nobis primum erant incognitae, ita pariter hae

si cospargesse della polvere bianca e nera anche se tritata finemente con del colore scuro in quantità piuttosto scarsa, senza tuttavia mescolarli. All'interno di tale colore si vedono delle macchie bianche ovali o rotonde che sono presenti su tutto il corpo, nella parte alta più piccole, più grandi nella parte bassa, circondate da spazi di linee come si può osservare nella naturale struttura delle piume là dove si intersecano con una direzione obliqua reciproca da una parte all'altra solo nella parte superiore del corpo, ma non così in quella bassa. Ciò potrai rilevarlo non solo nel corpo preso nel suo insieme, ma anche dalle singole penne strappate. Infatti quelle superiori, che si intersecano tra loro secondo linee oblique o, se preferisci, con dei cerchietti costituiti, come ho detto, da polvere bianca e nera e saldati all'estremità, come nei favi o nelle reti, contengono delle macchie ovali o rotonde all'interno di spazi scuri: quelle inferiori non si presentano allo stesso modo. Ambedue sono tuttavia disposte secondo un criterio simile. Infatti in alcune piume sono unite in modo tale da formare come dei triangoli acuti: in altre in modo da rievocare una figura ovale. Nelle singole piume esistono tre o quattro disposizioni di questo tipo, in modo tale che quelle più piccole vengano abbracciate da quelle più grandi. All'estremità delle ali e nella coda le macchie sono dirette longitudinalmente secondo linee rette equidistanti.

A stento riusciresti a fare una distinzione fra il gallo e la gallina, tanta è la rassomiglianza, senonché la testa della gallina è tutta nera. La voce del gallo è un fischio sdoppiato che non è più sonoro né più intenso della voce della quaglia*, ma è più simile alla voce della pernice* se non fosse che la prima è di tonalità più acuta e non è così squillante. Tutte queste cose le ha scritte John Kay*.

Io senza dubbio alcuno avrei chiamato questo uccello meleagride o gallina di Numidia*, a proposito della quale abbiamo scritto a suo tempo tra le galline. Senza dubbio sarà stata quello stesso uccello africano presente in un verso di Orazio*. *L'uccello africano non deve scendere nella mia pancia, ecc.* Fin qui l'Ornitologo. Ma a suo tempo, se non erro, ho biasimato anche troppo siffatta opinione. Inoltre non è vero che la gallina ha tutta quanta la testa nera come ha scritto quel Kay, ma per quanto riguarda il colore è molto simile alla testa del maschio: ma il tubercolo è molto più ottuso.

Pierre Belon* descrive le stesse galline più o meno in questo modo, tradotto in latino dal francese: Così come molte merci, che i mercanti portano a noi (Francesi) dalla regione della Guinea, prima ci erano sconosciute, così allo stesso modo prima che essi navigassero verso


¹⁶⁸⁸ *Epodi* 2,53.

¹⁶⁸⁹ *Histoire de la nature des oyseaux* (1555) L.5 c.9.

Gallinae ante horum ad eam regionem navigationem nemini nostrum erant notae: sed nunc in aulis magnatum satis obviae, atque vulgares sunt. Aves sunt visu pulcherrimae pennis infinitis maculis candidis in spatiis nigris praeditae. Corpulentia vix nostrates Gallinas superant: tibiae tamen longiores sunt, quare etiam maiores apparent. Ex solo capitis gibbo quivis eam internoscat, quem supra frontem habet camelopardalis instar, calli naturam obtinentem, duritie fere cornu. Eiusmodi Gallinae perquam foecundae sunt, et multiparae.

quella regione queste galline non erano note a nessuno di noi: ma adesso sono abbastanza frequenti nelle dimore dei magnati, e sono comuni. Sono uccelli bellissimi a vedersi, dotati di penne con un numero infinito di macchie bianche contenute in spazi neri. Per mole corporea superano appena le nostre galline: tuttavia le zampe sono più lunghe, per cui sembrano ancora più grandi. Chiunque sarebbe in grado di distinguere questa gallina in base alla sola gibbosità della testa che possiede sopra alla fronte come la giraffa e che ha la struttura di un callo e somiglia quasi a un corno per la sua durezza. Siffatte galline sono estremamente feconde e mettono al mondo molti pulcini.

[337] Gallina Guinea cum panico caeruleo Indico.
Gallina della Guinea* con panico indiano azzurro*.



Veteres videntur eas agnovisse, et Varro¹⁶⁹⁰ earum meminit his verbis. *Gallina* [338] *Africana, vel Numidica varia est, quemadmodum quas Romani Gibberas appellant, quas interpretati sumus Gallos Indicos*¹⁶⁹¹: Columella¹⁶⁹², et Plinius¹⁶⁹³ Numidicam dicunt. Omnium domesticarum, seu cicuratarum volucrum formosissimae sunt, quamvis alias nulla in pennis alia, quam nigri, et albi coloris sit diversitas: sed hi ita mixti sunt, ut albae maculae per nigra spatia sparsae elegantissime, ac ineffabiliter suos ordines servant.

Aves sunt quo ad mores cum villaticis Gallinis nostris similes: terram eodem modo pedibus vertunt. Tibiae pedes, atque ungues item similes, sed tibias habent longiores. Haec vero inter eas, et nostrates differentia est, quod cum tam Gallis nostris, quam Gallinis cauda sit surrecta, hae semper demissam habeant, ut Perdices, ac Coturnices: quare etiam quibusdam Perdices terrae novae vocitantur. Loco eodem manere nesciunt: in quaerendo sibi victu admodum sollicitae ac industriae, qua in re nostrat<i>um etiam naturam sapiunt, unde huc illuc perpetuo {divagantur} <devagantur>.

Nulla evidens nota est, qua marem a faemina distinguas. Utrique enim eadem maculae sunt, et albedo eadem circa oculos ac denique eadem supra eosdem rubedo. Crista carent, sed eius vice callositatem in vertice quandam habent coloris c{a}erei, qua parte camelopardalim referre ex primo intuitu videntur, qui scilicet dum currit, caput tenet erectum, et eundem fere cum iis colorum varietatem habet. Habent vero insuper peculiarem sibi, ac propriam quandam notam. Nam quemadmodum Galli Indici pilorum quendam acervum ante ventriculum, ita illae supra caput similem obtinent, sed qui in anteriori parte reflectuntur a prima vertebra, aut osse colli procedendo per posteriorem capitis partem.

Pare che gli antichi le conoscessero, e Varrone* le ha ricordate con queste parole: *La gallina africana, o della Numidia**, è picchiettata, come quelle che i Romani chiamano *gibbose*, che io ho interpretato come *Galli Indiani* - i tacchini*: Columella* e Plinio* la chiamano numidica. Sono le più belle di tutti i volatili domestici, o addomesticati, anche se d'altra parte a livello delle piume non esiste nessun colore diverso dal nero e dal bianco: ma questi colori sono miscelati in modo tale che le macchie bianche disseminate tra gli spazi neri conservano in modo assai elegante e ineffabile la loro disposizione ordinata.

Per quanto riguarda il comportamento, sono uccelli simili alle nostre galline di fattoria: rivoltano la terra con le zampe in modo identico. Le gambe, i piedi e le unghie sono parimenti simili, ma hanno le gambe più lunghe. Tra esse e le nostre galline intercorre la seguente differenza, e cioè che mentre sia nei nostri galli che nelle nostre galline la coda è rivolta in alto, esse ce l'hanno sempre abbassata, come le pernici* e le quaglie*: per cui da alcuni vengono pure denominate pernici del Nuovo Mondo. Non sono capaci di rimanere nello stesso posto: sono estremamente attive e premurose nel procurarsi il cibo, cosa in cui rispecchiano pure l'istinto delle nostre galline, per cui vagano perennemente qua e là.

Non esiste alcuna caratteristica in base alla quale tu possa distinguere il maschio dalla femmina. Infatti ambedue hanno le stesse macchie e lo stesso biancore intorno agli occhi e infine al disopra degli stessi lo stesso rossore. Sono privi di cresta ma al suo posto sulla sommità del capo hanno come una callosità di colore cereo e a prima vista in questo distretto sembrano ricordare una giraffa, la quale cioè, quando corre, tiene il capo eretto e ha la stessa screziatura di colori che hanno queste galline. In verità hanno in più una caratteristica peculiare e specifica. Infatti, come i *Galli Indici* - i tacchini - hanno un ciuffo di peli - il granatello o pennello - davanti al gozzo, così esse ne hanno uno simile sopra la testa, ma questi peli sono piegati sul davanti a partire dalla prima vertebra, o

¹⁶⁹⁰ *Rerum rusticarum* III,9,18: Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae, quas meleagridas appellant Graeci. Haec novissimae in triclinium cenantium introierunt e culina propter fastidium hominum.

¹⁶⁹¹ I *Galli Indici* corrispondono al tacchino*.

¹⁶⁹² *De re rustica* VIII,2,2: Africana est quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam et cristam capite gerit, quae utraque sunt in Meleagride caeruleae. - VIII,12,1: *De Numidicis et rusticis gallinis* - Numidicarum eadem est fere quae pavonum educatio. Ceterum silvestres gallinae, quae rusticae appellantur, in servitute non fetant, et ideo nihil de his praecepimus, nisi ut cibus ad satietatem praebetur, quo sint convivorum epulis aptiores. § Giustamente Gessner fa notare che deve essersi verificato un qui pro quo, nel senso che in *De re rustica* VIII,2,2 fu trascritto galeam invece di paleam. Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 382*: Galea pro palea apud Columellam in Meleagridis mentione legi conjicio.

¹⁶⁹³ *Naturalis historia*, X,132: In Hercynio Germaniae saltu invisitata genera alitum accepimus, quarum plumae ignium modo conluceant noctibus. in ceteris nihil praeter nobilitatem longinquitate factam memorandum occurrit: phalerides in Seleucia Parthorum et in Asia, aquaticarum laudatissimae, rursus phasianae in Colchis — geminas ex pluma aures submittunt subriguntque —, Numidicae in parte Africae Numidia; omnesque iam in Italia.)

Cum Pavonibus etiam hoc illis commune est, ut colli principium sit gracile. Plumae colli, maxime inferiores relucet, ut Palumbi torquis. Vox similis est gallinis communibus: nam clamant acriter voce alta, quemadmodum pulli recens exclusi. Perticis insident, ut nostrates: caro delicata est, ova esui apta.

Iam videmus, huius alitis cognitionem vulgo Guineam Gallinam vocanti acceptam ferre deberi. Nam si consideremus Africam, videbimus appellationem quadrare. Numidia enim, et Guinea Africae regiones sunt: {prior} <altera> in littoribus Oceani, {altera} <prior> maris mediterranei. Antiquissimi Romani Mare mediterraneum potius praeternavigabant, quam Gaditano egredierentur, nonnunquam tamen, sed rarius transfretabant. Contra Lusitani, et Normandi, aut alii maris mediterranei incolae Africae oras, quae Guineae sunt magis frequentant, quam fretum Gaditanum. Quapropter mirandum non est si eiusmodi Gallinae in Gallia, quam in Italia frequentiores reperiantur. Ad nos enim frequentius, quam in Italia naves ex his regionibus appellunt. Tales Gallinae apprime f{a}ecundae sunt, et in nutriendis pullis admodum sedulae, unde etiam facile multiplicantur, sed frequentiores evaderent, nisi frigus, utpote ex calidissima regione venientes, perhorrescerent.

Haec itaque omnia Bellonius: at non video quo argumento Gallinam Africanam aut Numidicam faciat. Varronis enim verba, quae adducit, ipse invertit. Varro enim Gibberas a Meleagride, aut Africana minime distinguit, sed ita habet¹⁶⁹⁴. *Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae, quas {Meleagrides} <Meleagridas> appellant Graeci, etc.* Plinius ita¹⁶⁹⁵: *simili modo pugnant Meleagrides, Africae, hoc est Gallinarum genus, Gibberum, variis sparsum plumis.* Varro in primis Gallinas Africanas grandes vocat. Guineae, vel ipso etiam Bellonio teste, villaticas magnitudine non vincerent, nisi tibias haberent longiores: quare meo iudicio grandes, Africanas Varro dixit, ut a Villaticis

osso del collo, avanzando lungo la zona posteriore della testa.

Esse hanno in comune coi pavoni* anche quanto segue, e cioè la parte iniziale del collo è esile. Le piume del collo, soprattutto le inferiori, luccicano come il collare del colombo selvatico. La voce è simile a quella delle galline comuni: infatti gridano con tono penetrante a voce alta, come i pulcini appena nati. Stanno appollaiate sui bastoni come le nostre galline: la carne è delicata, le uova sono adatte a essere mangiate.

Possiamo senz'altro renderci conto che la conoscenza di questo volatile è dovuta al popolo che la chiama gallina di Guinea. Infatti se prendiamo in considerazione l'Africa vedremo che l'appellativo corrisponde esattamente. Infatti la Numidia e la Guinea* sono regioni dell'Africa: la seconda si trova sulle coste dell'Oceano, la prima su quelle del Mare Mediterraneo. Gli antichi Romani costeggiavano il Mare Mediterraneo anziché oltrepassare lo stretto di Cadice, tuttavia qualche volta, ma piuttosto raramente, oltrepassavano lo stretto. Invece i Portoghesi e gli abitanti della Normandia o altri abitanti del bacino del Mediterraneo frequentano maggiormente le coste dell'Africa appartenenti alla Guinea che lo stretto di Cadice. Per cui non bisogna meravigliarsi se siffatte galline si riscontrano in numero maggiore in Francia che in Italia. Infatti le navi provenienti da queste regioni approdano più frequentemente presso di noi che in Italia. Tali galline sono assai feconde e particolarmente solerti nell'allevare i pulcini, per cui si moltiplicano anche facilmente, ma sarebbero più numerose se non aborrissero il freddo, siccome sono originarie di una regione molto calda.

È pertanto Pierre Belon* a riferire tutte queste cose. Ma non vedo con quale spiegazione possa giudicare chi è la gallina africana oppure quella della Numidia. Infatti egli stesso capovolge le parole di Varrone che riporta. Infatti Varrone non distingue assolutamente le galline gibbose dalla meleagride o dall'africana, ma si esprime così: *Le galline africane sono grandi, variopinte, gibbose, che i Greci chiamano meleagridas, ecc.* Plinio si esprime così: *Allo stesso modo combattono le meleagridi in Beozia. Questo è un genere di galline dell'Africa, con la testa gibbosa, rivestito di piume variopinte.* Prima di tutto Varrone definisce grandi le galline africane. Le galline di Guinea, testimone anche lo stesso Belon, non supererebbero in grandezza quelle da cortile se non

¹⁶⁹⁴ *Rerum rusticarum* III,9,18: Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae, quas meleagridas appellant Graeci. Haec novissimae in triclinium cenantium introierunt e culina propter fastidium hominum.

¹⁶⁹⁵ *Naturalis historia* X,74: Simili modo pugnant Meleagrides in Boeotia. Africae hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis. Quae novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae propter ingratum virus; verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

distingueret. Magnitudo itaque Gallo, Gallinisque Indicis, quos idem etiam Bellonius Meleagrides esse contendit, rectius conveniet. Sed super hac re alias fusius disputavimus.

avessero le gambe più lunghe: per cui a mio giudizio Varrone ha definito grandi le africane per distinguerle da quelle da cortile. Pertanto la grossezza del corpo spetterà più giustamente al Gallo e alle Galline d'India - i tacchini - che anche lo stesso Belon sostiene essere Meleagridi. Ma su questo argomento in un altro punto abbiamo discusso a iosa.

Pagina 339

[339] DE GALLINA LANIGERA
Cap. XIV.

Gallinae huius lanigeræ icon desumpta est ex carta quadam cosmographica. Fuch civitas est maxima versus Orientem, in qua maximi Galli nascuntur. Gallinae sunt albae instar nivis, non pennis, sed lanis, ut testatur Odoricus e Foro Iulii¹⁶⁹⁶, tectae, ut pecus. Item M. Paulus Venetus¹⁶⁹⁷ scribit in civitate Quelinfu in regno Mangi nomine, Gallinas inveniri, quae loco pennarum pilos habeant, ut cat<t>i, nigri scilicet coloris, et ova optima pariant.


CAPITOLO XIV
LA GALLINA LANOSA


L'immagine di questa gallina lanosa* è stata desunta da una tavola cosmografica. In Oriente si trova la grandissima città di Fuch - Fuzhou, nella quale crescono dei galli grandissimi. Le galline sono bianche come la neve, ricoperte non di penne ma di lana come le pecore, come testimonia Odorico del Friuli*. Parimenti il veneto Marco Polo* scrive che nella città di Quelinfu - Queninfu, Kien-ning Fu - nel regno di Mangi si trovano delle galline che invece delle penne avrebbero dei peli come i gatti, cioè di colore nero, e deporrebbero ottime uova.

¹⁶⁹⁶ *Itinerarium Fratris Odorici de Foro Iulii, Ordinis Fratrum Minorum, de mirabilibus Orientalium Tartarum* (1330). "Partendomi di questa terra [dall'odierna Quanzhou] venni verso oriente a una città che si chiama Fozo, che gira ben trenta miglia: Quivi sono i maggiori galli del mondo, e le galline bianche come neve: ma non hanno penne, ma lana a modo di pecore." (*Memoriale Toscano*, 33)

¹⁶⁹⁷ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 466: *Icon haec desumpta est ex charta quadam Cosmographica*. - FUCH civitas est maxima versus Orientem, in qua maximi galli nascuntur. Gallinae sunt albae instar nivis, non pennis sed lanis tectae ut pecus, Odoricus de Foro Iulii. In civitate Quelinfu, in regno Mangi nomine, inveniuntur gallinae, quae loco pennarum pilos habent, ut catti, nigri scilicet coloris, sed ova pariunt optima, M. Paulus Venetus 2. 68. § Gessner non riporta Marco Polo - o Marcus Paulus - nel suo *Nomenclator insignium scriptorum* (1555). Sotto il nome di Marcus Paulus Venetus compare invece nella bibliografia di *Historia animalium* I (1551) e la sua citazione bibliografica recante il numero 209 viene inclusa nei *Libri recentiorum mediocri aut etiam egregio stilo Latine editi*. 209. MARCI PAULI VENETI DE REGIONIBUS ORIENTIS LIBRI 3. - Nel 1532 l'opera di Marco Polo si intitolava *De regionibus Orientalibus libri III*, edita in latino a Basilea da Simon Grynaeus e contenuta in *Novus orbis regionum ac insularum veteribus incognitarum*. Questo Marco Polo venne ripubblicato da Georg Schulz nel 1671 sempre con il titolo *De regionibus orientalibus libri III* che costituisce un terzo del frontespizio della pubblicazione di Schulz la cui sintesi è la seguente: *Marci Pauli Veneti historici fidelissimi iuxta ac praestantissimi De regionibus Orientalibus libri III. Cum codice manuscripto Bibliothecae Electoralis Brandenburgicae collati ... Accedit, propter cognationem materiae, Haitboni Armeni historia Orientalis: quae & de Tartaris inscribitur; itemque A. Mulleri Greiffenbagii, de Chataja, cujus praedictorum auctorum uterque mentionem facit, disquisitio; inque ipsum Marcum Paulum Venetum praefatio, & locupletissimi indices*. Coloniae Brandenburgicae [Berlino], ex officina G. Schulzii, 1671. § Non solo nel testo latino di Marco Polo consultato da Gessner, ma anche in una traduzione francese dal latino del 1556 le galline nere e pelose si trovano nel libro II cap. 68 (*Description géographique des provinces & villes plus fameuses de l'Inde Orientale ... Par Marc Paule gentilhomme Venetien, et nouvellement reduit en vulgaire François*, Paris, Iehan Longis, 1556) e lo stesso dicasi per un'altra edizione francese del 1888 contenuta in *Deux voyages en Asie au XIIIe siècle par Guillaume de Rubruquis et Marco Polo* (éd. par Eugène Muller, Paris, librairie Ch. Delagrave, 1888). - Quindi la referenza di Gessner è esatta, anche se la numerazione è diversa da quella de *Il Milione* della versione toscana della *Crusca* dove il testo italiano suona così: E havvi belle donne, e havvi galline che non hanno penne, ma peli come gatte, e tutte nere, e fanno uova come le nostre, e sono molto buone da mangiare. (CXXXIV *Del reame di Fngin*)

Gallina lanigera cum crista Galli Herbariorum.
Gallina lanosa con cresta di gallo degli erboristi - *Rhinanthus crista-galli**.





Gallus Silvestris di Henry Sinclair
riprodotto a pagina 460* di *Historia Animalium* III (1555) di Conrad Gessner

[340] **DE GALLO SCOTICO**
Sylvestri, et de Morenna Anglorum.
Cap. XV.

Reperitur in Scotia, tradente Hectore Boetho¹⁶⁹⁸ quoddam sylvestris Galli genus, Phasiano carne, ac magnitudine simillimum: sed nigra pluma, rubentibus admodum palpebris, frumento victitans. Huius alitis effigiem Ornithologus¹⁶⁹⁹ Henricum a S. Claro¹⁷⁰⁰ clarissimum virum e Scotia sibi transmittendam curavisse scribit. Scoti in hoc genere marem vocant Ane blak {cock} <cok>, id est Gallum nigrum: faeminam, quae magnitudine inferior, et colore dilutior est, ane grey hen, id est, Gallinam fuscam. Mas collo, pectore, alis, coxisque punctis rubicundis aspersus est, faeminam leucophaeam maculae nigrae variant. Supercilia, et barbulae in utroque sexu membrana rubra insignit. Anglus quidam hac icone visa, in Anglia etiam capi retulit locis erica plenis. Eandem avem Guil. Turnerus intelligere videretur in descriptione, quam statim subdemus, nisi faeminae alium colorem tribueret, quam ait magis russam esse Perdice, cum faemina Galli nigri Scotici fusca sit, ut diximus.

Gallinaceum sylvestre genus apud nos est (inquit Turnerus Anglus, Morhennam vulgo vocant, ni fallor, forte propter colorem maris nigrum, ut in {mauris} <Mauris>: alii, puto Hethcok, id est,

CAPITOLO XV
IL GALLO SILVESTRE SCOZZESE E IL
FAGIANO DI MONTE DEGLI INGLESI

Come riferisce Hector Boëce*, in Scozia si trova un genere di gallo silvestre che per carne e per grandezza è molto simile al fagiano: ma ha le piume nere, le palpebre molto rosse e si nutre di frumento*. L'Ornitologo scrive che l'illustrissimo Henry Sinclair* si prese cura di fargli pervenire dalla Scozia la rappresentazione di questo uccello. Gli Scozzesi in seno a questo genere chiamano il maschio *ane blak cok*, cioè gallo nero: la femmina che è inferiore in grandezza e di colorazione più diluita, *ane grey hen*, cioè, gallina scura. Il maschio è cosparso di punti rossi a livello del collo, del petto, delle ali e delle cosce, delle macchie nere rendono variegata la femmina che è grigia. Una membrana rossa adorna le sopraciglia e le ciglia in ambedue i sessi. Un Inglese dopo aver visto questa raffigurazione riferì che anche in Inghilterra vengono catturati nei luoghi ricchi di erica*. Sembra che William Turner* si riferisca allo stesso uccello nella descrizione che tra poco riporteremo, se non fosse che attribuisce alla femmina un altro colore, e dice che essa è più rossa della pernice*, mentre la femmina del gallo nero scozzese è scura, come abbiamo detto.

Presso di noi esiste un genere di gallinaceo selvatico (dice Turner l'Inglese, e lo chiamano volgarmente Morhenna*, se non vado errato, forse per il colore nero del maschio, come negli abitanti nella

¹⁶⁹⁸ *Scotorum Regni Descriptio*. (Aldrovandi)

¹⁶⁹⁹ Conrad Gessner *Historia Animalium* III (1555), pag. 460: Scoti in hoc genere marem vocant ane blak cok, id est gallum nigrum: foeminam quae magnitudine inferior e colore dilutior est, ane grey hen, id est gallinam fuscam.

¹⁷⁰⁰ *Sinclair o de Saint Clair*: antica famiglia scozzese.

Gallum ericarum) in quo faemina ita a mare differt, ut duorum generum istiusmodi rerum imperito videri possint. Mas Gallo domestico paulo minor, totus niger est, excepta ea parte caudae, quae podicem tegit. Ea enim alba est. Caeterum nigredo huius nonnihil splendescit, ad eum fere modum, quo Columborum nigrorum torques circa colla splendescunt. Ad viriditatem igitur proxime accedit. In capite rubrum quendam habet, sed carneum cirrum, et circa genas duos habet veluti lobos rubros, et eos carneos. Faemina tota maculis distincta est, et a Perdice, nisi maior esset, et ruf{f}a magis, aegre dignosci posset. In desertis locis, et planis, erica potissimum consitis, ambo degunt. Grano vescuntur, et summis ericae germinibus. Breves habent alas, et breves faciunt volatus. Hanc avem Attagenem esse conijcerem, sed qui Attagenem describunt, marem a foemina non separant. Unde colligo eundem fuisse colorem, et eandem figuram maris, et faeminae. Quod si Attagen non sit, Gallina esse videtur Varronis rustica¹⁷⁰¹. Haec ille.

Verum hanc avem non esse Attagenem, ex eius historia apparebit: praesertim cum Attagen sit palustris, haec non item. Vide an eadem avis sit, quam Longolius Attagenem putavit, cuius verba recitavimus in Grygallo¹⁷⁰². Haec omnia Ornithologus, qui sane et dum Attagenem palustrem vocat, Attagenem novisse minime videtur, est enim montium incola, ut suo loco descripsimus.

